

✓
SYMBOLAE AD VETERUM AUCTORUM HISTORIAM ATQUE
AD MEDII AEVI STUDIA PHILOLOGA

N
K
K

6150

I.

ACCESSUS OVIDIANI

EDIDIT, PROLEGOMENIS, EPILEGOMENIS INSTRUXIT

GUSTAVUS PRZYCHOCKI



KRAKÓW
NAKŁADEM AKADEMII UMIEJĘTNOŚCI
GŁÓWNY SKŁAD W KSIĘGARNI SPÓŁKI WYDAWNICZEJ POLSKIEJ
1911

I.

Accessus Ovidiani

editit, prolegomenis, epilogomenis instruxit

Gustavus Przychocki.

Prolegomena.

Omnium animos mentesque qui toto medio aevo teneret, poetam Mantuanum fuisse luce clarius demonstrat egregius Comparetti¹⁾ liber; nihilominus tamen non est praeterendum, si non eadem, at certe non multo minore auctoritate hoc ipso tempore valuisse Ovidium, cuius carminum facta adhuc neque satis nota, neque accurate explicata esse facile concedes, si a Bartschii²⁾ rudi, ut ita dicam indigestaque congerie et ab Ehwaldii³⁾ doctissimis, ad Tristium praeципue historiam quae pertinent, *Symbolis* discesseris, deficiente insuper accurata et omnibus numeris absoluta medii aevi studiorum philologorum historia⁴⁾.

At Ovidius quantam auctoritatem hac aetate obtinuerit vel hoc luculenter demonstratur, quod tam multa existant carmina, quae varii medi⁹ aevi temporibus assignata, ut sunt magnam par-

¹⁾ D. Comparetti, Virgilio nel medio evo, Firenze 2 voll. 1896.

²⁾ K. Bartsch, Albrecht von Halberstadt und Ovid im Mittelalter. Bibl. d. ges. deutscher Nationalität. 38 Bd. Quedlinburg 1861.

³⁾ R. Ehwald, Ad historiam carminum Ovidianorum recensionemque symbolae I Gotha 1889, II ibd. 1892.

⁴⁾ Quam rem conquestus est Comparettius I. I. I p. IX. Neque docta illa, sed sane pauca, quae de Ovidio protulit J. E. Sandys, A History of Classical scholarship from the sixth century b. C. to the end of the Middle Ages Cambridge 1906 (p. 638—641) aut G. Paris, La Littér. Franç. au Moyen âge, 1909, § 49, 104, 111, ad quaestioneon proligandam sufficiunt. Huius aevi omnino tenetrae absoluto denum M. Manitii libro (Geschichte der lateinischen Literatur des Mittelalters [I. v. Müller, Handbuch... IX. 2]) largam lucem accipient. Primum operis volumen (Von Justinian bis zur Mitte des zehnten Jahrh.) recenta a prelo emisso (München 1911), cum iam iterum plagulas emendarem, inspicere contigit.

Osobne odbicie z Rozpraw Wydziału filolog. T. XLIX.
Akademii Umiejętności w Krakowie.



tem tenuissimi ingenii specimina, ita saepissime Sulmonensis poetae nomen prae se ferunt⁹⁾.

⁹⁾ In libro, qui inscribitur *Ovidii Nasonis Paenitentis erotica et amatoria opuscula... Francoforti, typis Wolfgangi Richteri... 1610* haec existant Pseudoovidiana, quorum plura ipse editor variis medii aevi auctoriis tribuit: *Epigrammata scholasticae de XII libris Aeneidos*, p. 36–42 (Cf. Baehrens. P. L. M. IV. p. 161 sq. Anthol. Lat. Riese I^o n. 1 [p. 7 sq.] et ibid. n. 2 [p. 16 sq.]; *Ovidii Nasonis argumenta Bucolicum et Georgicon*; n. 634 [II^o p. 100 sq.]; *Basilii de XII libris Aeneidos*, quod iam s. XI Ovidio tribuitur); <*Maximiani*> *Amores*, *sive elegiarum libellus*, p. 48–70 (cf. Baehr. P. L. M. V 813 sq.); *De pulice*, p. 70–71; *De Philomela* a. p. 71–73 b), p. 74; *Pampillus, sive de arte amandi elegiae LXIII*, p. 75–105 (cf. W. Creizenach, Geschicke des neuern Dramas Halle a. S. I [1893] p. 35–37; M. Manitius, Zur Überlieferungsgeschichte mittelalterlicher Schulauteuren, Sonderdruck aus den Mitteilungen der Ges. f. deutsche Erziehung u. Schulgeschichte XVI [1908], p. 7.); *De vetula libri III*, p. 105–189; *Cuculus*, p. 190–193 (cf. A. Ebert, Allgemeine Gesch. d. Litt. im Abendlande 3 voll. 1880–1889, II p. 68 sq.); *De excido Troiae*, p. 193–195; Canonicum quoddam, quod etiam *Rhythmus die S. Martini pronunciatus* inscriptione nonnumquam appetet, p. 207–210. In praefatione praeterea carmen aliquod *De fortuna commemoratur* (p. 11, cf. p. 28).

Quae sequuntur autem secundum Bartschium praecipue l. l. p. IV–XI, apud quem etiam plurim codicum, in quibus asservantur, fit mentio, affero: *Alteratio ventris et artuum*, (quae etiam *Carmen de membris conspirantibus*, aut *De ventre et ceteris membris* [cod. Palat.-Vat. 381 s. XIV f. 247^b], cf. supra commemorata Ovidianorum editionem, praef. p. 8] appellatur); *De nummo* (cf. Francofurtanae editionis praefationem p. 10–11); *De lupo* (In cod. Vat. 9657 s. XIV fol. 107 carmen exstat, quod *De lupo et pastore* inscribitur); *De pediculo*; *De medicamine aurum* (*De medicamine surdi* nonupunctum in cod. Reg. 1559 s. XIV–XV fol. 2^a vidi); codicibus a Bartschio commemoratis addas Neap. Bibl. Naz. IV. F. 12 s. XIV fol. 32^a), *Liber trium puellarum*; *De rustico* (cf. Anthol. Lat. Riese II p. 158 n. 682; *In rusticum*; *De speculo*; *De amore* (*Ovidius de amore* — *Idem de remedii*, Samuelis Karoch fortasse fetus, in codicibus Berol. lat. 989 s. XV f. f. 214–218^a, Vratisl. J. f. 128, Berol. Diez. Cqu. 79 f. 64^b et 75^b asservantur, ut me vir doctus M. Manitius liberalissime monuit); *Tractatus de mirabilibus mundi* (Itaque Nogara, [Di alcune vite e commenti medioevali di Ovidio, Miscellanea Ceriani, Milano 1910 p. 421, adn. 2] perperam se primum huius opusculi mentionem fecisse opinatur); *De Birria* (Est *Vitalis Bloesensis* [de Blois, s. XII] comoedia elegica, quae dicitur [v. Creizenach, I l. p. 22 et 26] ideoque in supra commemorato codice Neapolitanu [f. 44^a] *Comoedia Vitalis Blesis*, in cod. Laur. autem XXXIII, 31, s. XV f. 67 *Vitalis Blesis Amphitryon* appellatur; nonnumquam tamen etiam *Græcorum studia a primis verbis* [ut in Neapolitanu codicis folio 45^b], *Amphitryon* [cf. supra], aut denique *Geta inscripta* appetet. [v. Manitius l. l. p. 7–8]).

Huc pertinent praeterea etiam quae Sedlmayer (Wien. Stud. VI [1884]

Et si Vergilius omnium gratiam animosque eo facilius in suam dicionem redegit, quod Christianus et propheta fuisse putabatur, non desunt nobis varia testimonia, quibus etiam Ovidium Christi assecoris annumeratum esse demonstremus:

Sic ex. gr. ignotus auctor cuiusdam commentarii Ovidiani, qui in codice saeculi XI (XII) asservatur Benedictoburano, Ovidium Christianae legis fuisse studiosissimum et supplicii tantum timore, — nam Domitiani temporibus eum credit vixisse — veterem Romanum religionem esse professum praedicat¹⁰⁾. Apud Petrum Berchorium († 1362)¹¹⁾ Ovidius Christianae doctrinæ

p. 149 sq.) edidit carmina *De quattuor complexionibus hominum* (*De quattuor humoribus*) et *De Lumaca et Lombardo* (cf. Ovidii vitam ab Aldo Manutio compostam in Ovidii editione, Venetiis, a. 1515 confecta [vol. I fol. B. b. 3]: *De Lumace* atque ea, quae in Anthol. Lat.² (Riese) II p. 149 sq. (n. 674) inveneris; *De imagine et sonno*, Ovidio denique adscripta erat fortasse, (quae nunc titulo caret) *Deidamiae ad Achillem epistula*, quam e codice Paris. 2782 s. XII. (fol. 103^a–104^a) A. Riese edidit (Rh. Mus. 3⁴ [1879] p. 474–480). Ovidii autem *De nuntio sagaci* quoddam carmen a Fabricio (Bibl. med. et inf. Lat. Florentiae 1858, vol. V, p. 178) commemoratur. V. insuper: M. Schanz, Röm. Litt. II^o 1, (1899) p. 238; W. S. Teuffel¹² Gesch. d. r. Lit. I^o (1910) § 251; G. Gröber, Grundriss der romanischen Philologie II 1 Strassburg 1902, p. 262, 411; Huemer Wien. Stud. V (1883) p. 167 sq.; Anthol. Lat. (Riese)³ II (1906) n. 687 p. 161; Manitius, l. l. p. 11–12. Eodem viro docto dehebo, quod hic adicio, *Librum Ovidii morum et vitorum* in codice Lips. civ. 846 fol. 169^a–180^a exstare.

Aque etiam plura in libris manu scriptis latere suspicor, sed cavendum est, ne varis titulis, quibus eadem, paulum nonnumquam immutata, inscribi solent, decipiatur. Sic ex. gr. ut iam ea, quorum supra mentionem feci, omittam, versus, qui in cod. Regin. 31⁴ (anni 1200) fol. 10^a Ovidii de coniunctione planetarum inscripti existant, et *Vetulæ* libro tertio (v. 31–46) sunt sumpti, nisi quod paulo sunt plures; carmen autem *De schachis*, quod in commemorato codice Neapolitanu (fol. 33^a) inter Ovidii opera enumeratur, eiusdem *Vetulæ* est pars (libri I. v. 30 sq.), quae ab his incipit: *Est alius seaccorum ludus Ulixis...* cf. Cod. Vat. 1479 f. 53^a, Nogara l. l. p. 430.

Quae omnia fore iam renascentium litterarum tempore Ovidio abjudicabantur. Vide sis illam ab Aldo Manutio compostam Ovidii vitam (v. supra) et Francofurtanae editionis p. 1–35. Cf. etiam Haase, De medii aevi studiis philologicis Vratislaviana 1865, p. 17.

⁹⁾ Meiser, Über einen Kommentar zu den Metamorphosen des Ovid. Sitzber. d. k. bayr. Ak. Phil.-hist. Cl. 1885 I, p. 51–52.
¹⁰⁾ Hauréau, Sur un commentaire des Métamorphoses d' Ovide, Mémoires de l'Institut National de France, Académie des Inscr. et belles lettres XXX, (1863) 2, p. 55.

peritissimus appareat, perinde atque in tertio praecipue *Vetulae* libro, ubi clerici prorsus christiani more disserit; hue accedunt etiam egregii alicuius scholiaстae verba: *Ovidius... fecit librum De vetula intitulatum, in quo.... ad ultimum ponit fidem suam, tractans egregissime de incarnatione Ihesu Christi et de passione, de resurrectione et de ascensione et de vita beatae Mariae virginis et de assumptione eius in caelum. Isti creatori et virgini similiter commendat se in fine et roget tam filium, quam matrem, quatinus dignetur sui ipsius in fine, dum venerit ad iudicium misereri, quia de... resurrectione optime et probabilitate tractat.* (Cod. Vat. 1479 s. XIII—XIV, fol. 53^a).⁹⁾

In codice Laurentiano denique (XXXVI. 17. s. XV.) carmen exstat Ovidio adscriptum, in quo poeta Christianum prorsus in modum, quod Metamorphoseon libros conscriperit, Deo gratias agit⁹⁾.

Non deerant tamen, qui etiam aliam ob causam Ovidium summa admiratione dignum esse putarent. Hi erant praecipue poetae, qui, animi humani affectus depingentes, non habebant, cur hunc lepidum *tenerorum lusorem amorum* respuerent. Itaque apud eos Ovidius tamquam summus poesis amatoriae vates appareat, ad cuius auctoritatem et doctrinam haud raro provocant. Quid, si non nulli, falsa quidem, sed hoc loco non tam impugnanda interpretationis ratione decepti, eo admirationis sunt progressi, ut hunc, magnam partem lascivum poetam illius praecipue casti et propemodum divini amoris praecomenem fuisse voluerint? Nam legas, quae mulier quaedam filiae suaе de amore praecipit:

*Ein wiser man Ovidius,
der tuot uns von der Minne kunt,*

⁹⁾ Cf. Nogara l. l. p. 430. Notandum est insuper *Sulmone* Ovidium prorsus pro sancto Christiano habitum esse (H. Delehaye S. J. Die historiographischen Legenden, übers. v. E. A. Stückelberg, Kempten u. München, 1907 p. 20 adn. 4.). At non deerant, qui nugas istis atque ineptiis non crederent; nam legas haud tam insulam huius aevi narratiunculam (Th. Wright, A selection of Latin Stories from MSS. of the XIII and XIV centuries, London 1842, p. 43—44; cf. Comparetti l. l. p. 125—126; P. de Nolhac, Petrarque et l'humanisme, Paris 1892 p. 230 adn. 1; Ehwald, Burss. Jahresb., 43 [1867] p. 186), ubi Ovidii genius eos, qui pro Sulmonensi poeta Christianorum ritu iam erant precarii his verbis a tumulo suo absterret: *Nolo pater noster, carpe ritator iter!*

⁹⁾ Sedlmayer, Beiträge zur Geschichte der Ovidstudien im Mittelalter, Wien. Stud. VI (1884) p. 145 adn. 2.

er geht, si heize vrô Vénus
si mache süeziu herze wunt...

Si mac ein herze niht getragen
daz mit untugenden ist beslagen:

ez muoz gereinet innen sin....¹⁰⁾

Atque Ovidianorum carminum memoriam numquam, ne obsecrissimis quidem mediа aevi temporibus, esse existimat permulta probant documenta, quorum nonnulla tantum affere licet: Iam sexto saeculo Ovidii vestigia apud Isidorum, Benedictum Nursiensem et Fortunatum deprehendimus¹¹⁾, perinde ac saeculo septimo opud Bedam, in cuius scriptis Ovidius proximum Vergilio locum obtinet¹²⁾; tum certe non omni caret momento, quod ille, qui saeculo in sequenti artium et litterarum exstitit sospitator, Carolum magnum dico¹³⁾, in quadam epistula, quam ad Angilbertum, generum suum, item carminum Ovidianorum studiosissimum, Romanum misit, Sanctorum petens reliquias, haud sine lepro verbis usus est Ovidianis:

*Si nihil attuleris, ibis Homere foras
(Art. II 280)¹⁴⁾*

¹⁰⁾ M. Haupt, Der Winsbeke u. die Winsbekin, Leipzig 1845, p. 44, 46. Quae praecepta ab Ovidio initium capiunt, et quasi in eius doctrina innixa perfuruntur. Cf. A. H. Masius, Die Erziehung im Mittelalter, in K. A. Schmid's Geschichte der Erziehung II, 1, Stuttgart 1889 p. 280—281, Bartsch, l. l. p. XXXVIII; Manitus l. l. p. 11.

¹¹⁾ Manitus, Gesch. d. lat. Lit. p. 65; 90; 177.

¹²⁾ M. Manitus, Zu Aldhelm und Beda, Sitzber. d. phil.-hist. Cl. d. k. k. Akad. Wien CXII, (1886) p. 561—562, 617—618. Cf. etiam eiusdem auctoris: Zu Rahewin, Ruotger und Lambert, Neues Archiv. d. Gesellschaft für ältere deutsche Geschichte XII (1886) p. 368, 383; Zu Fortunatus, den Annales Quedlinburgenses und Sigiberti Vita Deoderici, ibid. p. 596. V. insuper: Ehwald l. l. II p. 1.; Riese, Anthol. Lat. II p. 150 adn. d. 677.

¹³⁾ E. Norden, Die antike Kunströsser Leipzig 1898, II p. 693, W. Ebert, l. l. II et praecepit Praef. p. 3—11.

¹⁴⁾ A. H. L. Heeren, Geschichte des Studiums der classischen Literatur seit dem Wiederaufleben der Wissenschaften. Mit einer Einleitung, welche die Geschichte der Werke der Classiker im Mittelalter enthält, II voll. Göttingen 1797—1801. I p. 105; Bartsch l. l. p. I. Angilberto enim cognomen Homero erat inditum: E. Duemmler, Angilberti carmina, in: Poetae Latini aevi Carolini I Berol. 1881, p. 354—358. Ebert l. l. II

In dubium autem vocari non potest, quin Ovidium noverit etiam Alcuinus¹⁸⁾, vir huius aetatis facile eruditissimus, et casum tantum, ut opinor accidit, ut inter bibliothecae Eboracensis, quam ipse condidit, libros¹⁹⁾ Ovidii carmina non enumeraret²⁰⁾.

E non i saeculi scriptoribus Sedulium Scottum¹⁸⁾, Theodulphum, Walahfridum, Ermoldum Nigellum nominare sufficiet, qui non solum lectione, sed etiam imitatione dignum duxerunt²¹⁾ Ovidium, in cuius dictis secundum Theodulphum, *quamquam sint frivola multa, plurima sub falso tegmine vera latent*²²⁾.

Ignotus deinde quidam auctor, qui primo decimi saeculi, ut putant, dimidio *Ebasin cuiusdam captivi per tropologiam* conscriptis, inter poetas, quos spoliat, haud spernendum locum Ovidio tribuit²³⁾. A saeculo undecimo Ovidiani libri magis magisque crebri in bibliothecarum indicibus apparent²⁴⁾ et iam eiusdem sae-

p. 6. Cf. etiam: Quellen und Untersuchungen zur lateinischen Philologie des Mittelalters hrsg. v. L. Traube, III, 4, München 1908, p. 163 et Manitius, Gesch. d. lat. Lit. p. 545.

¹⁸⁾ V. Fr. A. Specht, Geschichte des Unterrichtswesens im Deutschland, Stuttgart 1885 p. 99. Cf. tamen Manitius, Gesch. d. lat. Lit. p. 274, 276.

¹⁹⁾ V. Heeren l. I. I. p. 111–112; Bartsch l. I. I. p. I *De Pontificibus et Sanctis Ecd. Ebor. ap. Gale* I p. 730 Cf. Ebert l. I. II p. 26.

²⁰⁾ Quemadmodum nisi fortuna solus maligni explicari non potest Ovidii mentionem non fieri in quadam duodecimi saeculi librorum indice (Serapeum 1884) p. 236–239 [Katalog einer Klosterbibliothek aus dem XII Jh.] Cf. Bartsch l. I. p. XIII], qua setate, ut exploratum est (cf. infra), ille poeta iam amplissima fruebatur auctoritate.

²¹⁾ Liber de rect. christ. ed. S. Hellmann in Quellen u. Unters.... I 1 München 1906; satis est inspicere locos Ovidianos, quos in p. 198 editor congesit.

²²⁾ V. Duemmler, l. I p. 440, II (1884) p. 2, 262 et 266; Ebert l. I. II p. 71 et 82; 159; 176, 178; Cf. Specht, l. I. p. 99; Manitius, Gesch. d. lat. Lit. p. 540, 541.

²³⁾ Theod. Carm. (ed. Duemmler l. I. I p. 458–581) XLV v. 19–20 (p. 543), cf. Comparetti l. I. I 123 adn. 2.

²⁴⁾ C. Bursian, Beiträge zur Geschichte der classischen Studien im Mittelalter, Sitzber. d. k. bayer. Ak. d. Wiss. Phil.-hist. Cl. 1873, p. 460 sq. Cf. Ehwald l. I. I. p. 16; Manitius, Gesch. d. lat. Lit. p. 616–619.

²⁵⁾ Manitius, Philologisches aus alten Bibliotheks-katalogen (bis 1300), Rh. Mus. 47 (1892) Ergänzung, p. 31–32; Beiträge zur Geschichte Ovidius und anderer röm. Schriftsteller im Mittelalter, Philologus Suppl. VII (1899) p. 724 sq.; A. Wellmann, Der Katalog der Lorscher Bibliothek aus dem X Jh., Rh. Mus. 23 (1868) p. 409.

culi posteriore dimidio²⁵⁾ (a. 1086) grammaticus quidam Aimericus Ovidium inter aureos enumerat *auctores*²⁶⁾.

Ex odio, quo Conradus Hirsaugiensis (s. XII), ludi eiusdem morosus magister, Ovidium persequitur²⁷⁾, maxima iam huius potetae elucet auctoritas, apud Hugonem Trimbergensem denique, qui a. 1280. *Registrum multorum auctorum compositum, Ovidius letus et facetus, sententiarum floribus multimodis repletus, praecipuas plane agit partes*²⁸⁾. Eodem saeculo Albertus Halberstadiensis vixit, qui largam Metamorphoseon conficit paraphrasin²⁹⁾, Richardi autem de Fournival (s. XIII). Biblionomia omnia Ovidii continet opera³⁰⁾.

²⁵⁾ M. Thurot, Documents relatifs à l' histoire de la grammaire au moyen-âge. (Acad. des Inscr. et Bell. Lettr. 1870, Compt. Rend. Nouv. Sér. VI p. 242–251), III. Aimericus *De arte lectoria* p. 250: *Item apud gentiles sunt libri authenticí, hoc est a rei, artes VII, auctores VIII. artes: grammatica... auctores: Terentius, Virgilius, Oratius, Ovidius, Salustius, Lucanus, Statius, Iuvenalis, Persius. Cf. TH. Gottlieb, Über mittelalterliche Bibliotheken, Leipzig 1890. Einl. p. 13 adn.; Manitius, Beitr. z. Gesch. Ovidius.... (v. supra adn. 22) p. 724 sq.*

²⁶⁾ Conradus Hirsaugiensis, *Dialogus super auctores*, sive *Didascalon*, eine Literaturgeschichte aus dem XII Jh. erstmalis herausgegeben von Dr. G. Schepers, Würzburg 1889 p. 66, v. infra adn. 46.

²⁷⁾ Das *Registrum multorum auctorum* des Hugo von Trimberg, ein Quellenbuch zur lateinischen Literaturgesch. des Mittelalters von Prof. Dr. J. Huemer, Sitzber. d. Philos.-hist. Cl. d. kais. Ak. d. Wiss. Wien 1888 p. 146 sq., v. 80–81, et præterea v. 31–34, 44–46, 82–84, 784–735. (Quod opusculum tamen iam a. 1853 a. M. Hauptio [Bericht über d. Verh. d. k. Preuss. Ak. d. Wiss. Berlin 1854 p. 142 sq] editum erat.) Cf. Bartsch l. I. p. IX; Ehwald l. I. II p. 1. Legas præterea, quae Spechtius l. I. p. 100 e Nicolai de Bibera (s. XIII.) carmine satirico sumpsit:

*Partes Donati, quod adultero stat grave vati
Scis declinare, quod nusquam vis dubitare
Et reputas planas scripturas Ovidianas
Post hoc nancisci vis ambo volumina Prisci sq.*

Quibus addas insuper quae Heerenius (l. I. p. 245) de Rogerio Baconne (s. XIII.) protulit.

²⁸⁾ K. Bartsch, l. I.

²⁹⁾ L. Delisle, Le cabinet des manuscrits II Paris 1874, tab. X, 117–120, p. 531. De aliis, qui Ovidium noverint, huius aetatis auctoribus videoe velim: Duemmler l. I. I. p. 543, 571, II p. 95, 120, 141, 484, 508, 567, 623; Gröber l. I. I. p. 592; 709 sq.; 744 sqq.; 745; 860; 1184; Tristium l. reg. S. G. Owen, Oxoni 1888 p. LXXXII–LXXXVI et præcipue Manitius, Gesch. d. lat. Lit. p. 378, 379; 465; 472; 499; 512; 551; 558; 573; 698; 654. Inspi-

Ad Ovidiana studia praeterea, qualia medio aevo fuerint, cognoscenda commentarii et scholia conferunt, quae omnia hac aetate demum sunt composita: Post Ehwaldii *de scholiasta, qui est ad Ovidii Ibin perscriptam commentatorem*²⁸⁾ et Ibi dis scholia, quae septimo vel octavo saeculo sunt assignanda²⁹⁾, iterum edita³⁰⁾ viri docti operae pretium duxerunt haec, qualiacumque essent³¹⁾ medii aevi studiorum specimina, accurato respicere iudicio. De *Metamorphoseon moralis* commentatorio, saeculo XIV. a Petro Berchorio (Bersuire) composito *Hauterius* (*Hauréau*) disputavit³²⁾, aliud ignoti cuiusdam scholiastae opus, quod in undecimi saeculi codice asservatur Benedictoburano, nunc Monacensi 4610, Meiser inspexit et examinavit³³⁾. Alios Metamorphoseon commentarios nondum adhuc notos in Laurentianis codicibus inspexi³⁴⁾. Etiam reliquorum Ovidii carminum huiusmodi commentarii vel scholia in lucem paulatim protrahuntur: Epistularum fragmenta in codice quadam Vindobonensi Sedlmayer invenit³⁵⁾, in integrum autem omnium Epistularum commentarium in codice Laurentiano LXXXI Sup. 23, s. XV.

casas præterea largus indicem eis, quae L. Traube edidit (*Poetae Lat. aevi Carol. t. III part. II fasc. II*, Berol. 1896) carminibus adiectum (p. 785).
 28) R. Ehwald, *De scholiasta, qui est ad Ovidii Ibin, commentatorio, Gothae* 1876.

29) Ehwald, *De scholiasta...* p. 11. Cf. tamen Ellis (v. infra) p. LXIII, Schenkl Z. f. 8. G. V (1883) p. 259—271.

30) P. Ovidii Nasoni Ibis, ex novis codicibus editit, schola vetera, commentatorium cum prolegomeno appendit, indice addidit R. Ellis, *Oxonii* 1881.

31) A. Gudeman, *Grundriss der Geschichte der klass. Philologie* 2 Leipzig u. Berlin 1909 p. 137.

32) V. supra adn. 7. At non habuit rationem Bartschii, apud quem (l. l. p. XLIIII—XLV) haud spernenda plurim auctorum, qui Metamorphoseon libris interpretandis operam dederunt et ipsius Berchorii (p. XLIIII) fit mentio. Cf. etiam, quae Haasous (l. l. p. 22 sq.) de Roberto Holkot (s. XIV) exposuit. De Johannis cuiusdam *Integumentis* v. Traube l. l. p. 526 adn. 1. Manitus Gesch. d. lat. Lit. p. 332, 339.

33) V. supra adn. 6. Cf. Ehwald, *Ad historiam.... symbolae* II p. 2.

34) In codice Laur. LXXXI Sup. 23 s. XV (fol. 60—123^b) largus exstat commentatorius, qui ad duos priores libros pertinent, in codice autem Laur. LXXX Sup. 5 s. XIV—XV (fol. 113—152) novem librorum asservatur commentatorius. Etiam in Monacensi codice 19473 (*Tegerns.* 1473) s. XII (f. 37) Metamorphoseon quidam inventus commentatorius. (Catal. p. 248).

35) V. supra adn. 9, p. 152 sq.; eiusdem auctoris *Prolegomena critica ad Heroides Ovidianas*, Vindobonae 1878, p. 102—105.

(fol. 49—55^b) incidi. *De Ponticorum commentario in codice s. XIII Monacensi* 19480 asservato mentionem fecit Ehwaldius³⁶⁾, Remediorum autem quoddam commentariolum, quod libellum Ovidii in duos libros, eos autem in plura capitula dividit ideoque divisiones Ovidii *de remedio amoris* inscribitur (fol. 33^a), in codice s. XIV. Neapolitanus IV. F. 12, ff. 32^a—33^a asservatum ipse excusci³⁷⁾. Etiam Fastorum commentatorum in codice s. XIII. Regensi 1548 (ff. 1—42) ut invenirem contigit³⁸⁾.

Quae omnia tamen minime ad vera veterum auctorum pertinent studia, quae ad totam antiquorum vitam et artem cognoscendam instituantur, — nam ea, ante renatas litteras, frustra medio aevo quaeras³⁹⁾, — sed cum docendi et instituendi usu artissimum coniuncta sunt vinculo⁴⁰⁾, cum Ovidius unus ex iis, qui in scholis legerentur, fuisset auctoribus⁴¹⁾.

Qui erant præcipue — res per se patet — scriptores Christiani, ut ex. gr. Iuvencus, Paulinus (Nolanus), Prudentius, Prosper, Sedilius, Fortunatus, Arator, Boethius, Alcimus Avitus, Maximianus, deinde Theodulus alii, sed etiam, quamvis accerrimo nonnumquam impugnarentur odio a duris scholarum præceptoribus, utpote *poete vel magi, spiritu immundo*

36) Ad hist. symb. 2 p. 2; hoc pertinet etiam commentatorius in *Ovidii Epistolae (XX) de Ponto*, qui in codice Monacensi 19480 (Tegerns. 1480) s. XIII, (fol. 22) asservatur (Catal. p. 249).

37) V. insuper Manitus, *Analekten zur Schulgeschichte des Mittelalters, Sonderdruck aus den Mittel. d. Ges. f. deutsche Erziehungs u. Schulgesch. XVI (1906) p. 6; Norden l. l. II 728 adn. 1.*

38) Permissum denique *glossae super Ovidium* in bibliothecarum indicibus commemorantur (v. Manitus Rh. Mus. 47 (1892) Ergänzungsh. p. 33 sq.) quo nomine, ut e codicis Monacensis 19475 (v. infra p. 13) cognoscitur exemplo, commentatorii nonnumquam nuncupari solent. Etiam Andrew Capellanus, Antonius Fanensem, Johannem de Vergilio Ovidii carminibus interpretandis haec aetate operam dedisse benignissime mecum M. Manitus communicavit. Cf. Sandys l. l. I p. 639 adn. 7; Owen l. l. p. LXXXVIII—XC.

39) Comparetti l. l. I p. 99 sq.

40) Cf. Manitus, *Analekten....* p. 1.

41) Hugo Trimbergensis (v. supra adn. 25) auctores, qui in scholis legantur, enumerare pergit:

Sequitur Ovidius dictus puellarum

Quem in scolis omnibus non credo fore rarum.

(V. 734—735).

Cf. Bartsch l. l. p. IX.

*instincti*⁴²⁾ non deerant gentilium quoque auctorum nonnulli, Persius, Iuvenalis, Statius, Horatius, Terentius, Sallustius, Avianus⁴³⁾, Cicero (Tullius)⁴⁴⁾, ut iam omittam Vergilius et Ovidium supra commemoratos⁴⁵⁾. Ovidio autem ante omnes *gravia* nonnumquam *parabantur bella*⁴⁶⁾, sed Sulmonensem poetam iam nemo de statu eius deicere poterat, tum ob eas, quas supra⁴⁷⁾ exposui causas, tum quia vatem suum ipse defendebat Cu-

⁴²⁾ Norden, l. l. II p. 689.

⁴³⁾ De eius religione v. Crusius in Pauly-Wiss. Realenc. II 1896 p. 2374.

Rabanus Maurus (v. adn. 48) p. 396; Aimericus (v. adn. 23) l. l. p. 250; Conradi Hirsau. Dial. (v. adn. 24) l. l. p. 19–84; Alex. de Villa dei (v. adn. 46) l. l. p. XVII–XX; Hug. Trimbergensis *Reg. multorum auctorum* (v. adn. 25) v. 31–864 (1033); v. etiam Specht l. l. p. 96–101; Norden l. l. II p. 688 sq.; 730 sq. Ceterum de auctoriis, qui in medii aevi scholis sint lectitati, haec praecipue consulas, quae M. Manitius conscripsit, in annotationibus 5 et 37 supra commemorata.

⁴⁴⁾ Latini enim soli (aut in Latinis versi) legebantur auctores, Graecae linguae notitia toto Occidente oblitterata et penitus extincta fere ubique, sic, ut ex. gr. singula tantum Graeca vocabula et ea quidem saepius incredibilem in modum detorta, cum nequicquam intellegenter, Latino inserventer sermoni, quo doctorem eius efficerent aspectum. Haase, l. l. p. 4, 14–15, 33–34; Guðeman l. l. p. 140; E. Norden, Die lat. Lit. im Überg. vom Altertum zum Mittelalter (P. Hinnberg, Die Kultur der Gegenwart I, 87 1907) p. 408–404. Cf. infra p. 19.

⁴⁵⁾ In Conradi Hirsauiensis dialogo (v. adn. 24) discipulus (D) et magister (M) hunc in modum colloquentes finguntur: *D. Cum tanta nobis subpetant, quorum honesta lectio nos ingenio quidem acut et provocat ad virtutes, cur scripta vicia sunt appetenda, quorum sensus inficit studiis exercitanda ingenia? cur Ovidianis libris Christi tyrunculus docile summittat ingenium, in quibus etsi potest aurum in stereore inceniri, quarentem tamen polluit ipse fetor adiacens auro, licet aridum aur? M. Rationabilis spiritu ducris mentem avertens ab errore falsitatis, quia etsi auctor Ovidius idem in quibusdam opusculis suis idest fastorum, de Ponto, de nuce et in aliis utcumque tolerandus esset, quis eum de amore crocitantem, in diversis epistulis turpiter eragantem, si sanum sapiat, toleret?* (p. 66). Cf. Ehwald, Ad historiam.... symbolarum II p. 1. Simili modo etiam Alexander de Villa dei, cuius *Doctrinale* eodem [XII] saeculo conscriptum a Reichlingio est editum in Mon. Germ. paed. XII [1898], acerrimus exstitit oppugnator scholae Genabiensis (Orléans; v. Reichl. p. XXVI), ubi hoc tempore veterum, qui classici vocantur, auctorum et Ovidii amatoriorum praecipue carminum florant studia (Delisle L. Les écoles d'Orléans au XIIe et au XIIIe siècle. Annaire-Bulletin de la soc. de l'hist. de France, VII p. 144; Norden Kunst. II 724 sq.; Creizenach l. l. I, 26.

⁴⁷⁾ Pag. 3–5.

pido, blandis poetae versibus etiam severos illos inebrians animos, tum propterea quod docendi et interpretandi ratio alia in usum suum convertere, vet potius detorquere, alia rigidum in modum protinus expungere non dubitaverit. Nam legas velim ea, quae Rabanus Maurus (a. 776–810) de gentilium auctoriis legendis praecepit: ...si quid in eis utile reperimus, ad nostrum dogma convertimus; si quid vero superfluum de idolis, de amore, de cura saecularium rerum, haec radamus, hic calvitium inducamus, haec in unguim more ferro acutissimo desecemus⁴⁸⁾!

Quae medio aevo fuerunt monachorum scholae ab antiquis quidem litterarum ludis originem suam traxerunt⁴⁹⁾ ab iisque sine dubio etiam illam septem artium liberalium seriem repererunt⁵⁰⁾, hoc tamen praecipuo discrimine interposito, ut omnes disciplinas summae, videlicet theologiae, quasi ancillas esse vorarent⁵¹⁾. Ex septem artibus tres primae, intellege grammaticam, rhetoricae, dialecticam, *trivii*, quattuor postremae autem *quadrivii* nomine comprehendebantur hac ratione, ut omnium princeps et quasi mater ars grammatica paretur⁵²⁾, secundum Rabani Mauri, ex antiquis nimurum repetitam sententiam *scientia interpretandum potest atque historicos et recte scribendis loquendique ratio*⁵³⁾.

Itaque auctores, quorum studium huius praecipue artis provincia continebatur, omnino non divino cognoscendae vetustatis desiderio, sed descendente tantum Latinae linguae causa legebantur⁵⁴⁾. Haec autem, quae ad scriptorum secundum scholae regularis interpretandum et intellegendum opus erant ab ipsis magistris ad tradi-

⁴⁸⁾ De clericorum institutione lib. III cap. XVIII De arte grammatica et speciebus eius, Patr. Lat. (Migne) t. 107 p. 396. Cf. tamen Duemmler l. l. p. 157.

⁴⁹⁾ Comparetti l. l. I p. 40, 90 sq., 104 sq.; Specht l. l. p. 81.

⁵⁰⁾ Haase l. l. p. 4; Cf. Aimericus, (v. adn. 23) p. 250.

⁵¹⁾ K. Morawski, Historia Uniwersytetu Jagiellońskiego, Kraków 1900, I p. 206; Norden Kunstr. II p. 670–687 ac praecipue p. 680 sq.; Cf. Specht, l. l. p. 82; Masius l. l. p. 426; Haase l. l. p. 4; Schepssius in sua Conradi Hirsauiensis editione (v. adn. 24) p. 12–18, 75 sq.

⁵²⁾ Morawski, l. l. I p. 207; Specht, l. l. p. 86–87; Comparetti l. l. I p. 101 sq.

⁵³⁾ V. adn. 48, p. 395 sq.; cf. Marii Victorini Art. Gram. lib. I (Gr. L. ed. Keil t. VI) p. 4, ubi etiam Varro laudatur.

⁵⁴⁾ Morawski, l. l. I p. 210; Specht, l. l. p. 86, 94, 102–192; Comparetti l. l. I p. 99 sq.; Guðeman l. l. p. 151.

tam, ut videtur, et praescriptam normam disposita, singulis praemittebant auctoriis legendis, *ut per ea bene et sapienter exquisita totum subsequens opus clarius appareret*⁵⁵⁾ atque ea, *accessuum nomine vocata, adhuc in libris manu scriptis latent*⁵⁶⁾.

Quorum rationem et originem nondum enucleatam nunc examinandum suscepi, Ovidio praeципue innixus, cuius *accessuum syllogen* utpote omnium amplissimam atque aptissimum disputandi praebentem fundamentum, ut publici iuris facerem, animum induxi.

Tres igitur adhibui codices, in quibus, quod sciam, eiusmodi variorum auctorum *accessus*, quasi in corpora redacti asseruntur, scilicet Monacenses duos⁵⁷⁾, Palatinum-Vaticanum unum⁵⁸⁾:

T¹ T.¹⁵) Monacensis 19475 (Tegerns. 1475) membrana-

⁵⁵⁾ V. *infra Remed. Access. p. 25.*

⁵⁶⁾ Primam, non sciam, *accessuum* mentionem fecit *Seb. Günther*, *Gesch. d. litterarischen Anstalten in Baiern*. München 1810 2 voll, I p. 271: Endlich verfertigte man auch Commentare über die christlichen, sowohl als heidnischen Vorlesbücher. Man erklärte darin Ausdruck, Sinn und Figuren; zeigte die poetischen Winke und verschiedenen Auspliungen. Ich habe mehrere solche Auslegungen gesehen, die grössttentheils die Aufschrift führten: *Explanationes, oder accessus ad poetas*.... Atque hanc, *quae medio aeo percrebruit, commemorat Ehwaldius* (*Ad hist.... symbolae*, II p. 1) *veterum auctorum interpretationem, quae certo quodam modo excult et ubique — etiam ad amorum elegias declarandas! — repetita, sans sit digna, in quam accuratius inquiratur. Lega praeterea, de eadem re prolatam Comparettii* (I. l. I p. 170—171) *sententiam: ...giacciono in grandissima parte inediti, nelle bibliothecae molti commenti di origine medievale, per lo più anonymi, su Virgilio ed altri auctori. La indomabile pazienza degli odierni filologi non si è mostrata ancora abbastanza robusta per affrontare il disgustoso lavoro di cercare in questo enorme ammasso di chiose quello, che potrebbe esservi di proveniente da fonti antiche.*

⁵⁷⁾ Prinsquam ipsos libros excussi, eorum imagines luce exceptas, quae opus essent Dr. Leidinger, Monacensis Bibliothecae praefectus, ut est ex eius comitate, benigne transmitti.

⁵⁸⁾ Ovidii accessus non continet *codex Florianensis* 587 s. XIII—XIV, de quo apud Alb. Czerny (*Die Handschriften der Stiftsbibliothek St. Florian*, Linz 1871 p. 199) haec legimus: „Bl. 133—133^b. Praemacula in variis libros poeticos. Es sind ganz kurze Prolegomena in libros Achilleidos, in Claudi Claudi de raptu Proserpinæ, in librum Aesopi und in das Werk eines gewissen magister Matheus, der das Leben des Tobias metrisch bearbeitete“.

⁵⁹⁾ Monacensem codicum signa a Schepssio l. l. (v. sdn. 24) p. 11 prolati retinui.

ceus, saeculi XII, forma octava (13·3 × 18 cm.), binis columnis exaratus, foliis 45 constat atque in ea parte, quae ad hanc questio- nem pertinet, habet, quae sequuntur:

(Fol. 1^b sq.) duos (1 in fol. 1^b, 1^a in fol. 2^a) *Accessus Prudentii*, singulos: (2) Catonis, (3) Aviani, (4) Maximiani, (5) Homer Latini, (6) Physiologi, (7) Theoduli, (8) Aratoris, (9) Prosperi, (10) Sedulii, tum (f. 5^b) *Accessus Ovidii Artis Amatoriaie*, (f. 6^a) *Remediorum*, *Ex Ponto librorum*, (f. 6^b) *Tristium*, (f. 7^a) *Amorum*, *Fastorum*, denique, post *Accessus* (f. 8^a) Lucani, Tullii (Ciceronis), Boethii, Prisciani, (f. 13^a) alterum *Accessum Ovidii Amorum* et (f. 13^b) *Epistularum*. Sequuntur insuper: (f. 14^b) *Accessus Horatii*, (f. 16^a 31^b) *Glossae* (commentarius) *Ovidii Epistularum*, alia⁶⁰⁾.

P. *Palatinus-Vaticanus* 242, membranaceus, minuta forma P (13 × 8·5 cm.) et in nonnullis paginis etiam subtilissima scriptura conspicuus, 128 continet folia variis manibus et variis temporibus inde a saeculo XI. perscripta, sed sine dubio saeculo XIII non est recentior. Itaque in hac parte, quae ad saeculum XIII pertinet, foliis 74^b—80^b continentur eadem, ut videtur, manu exarati *Accessus*⁶¹⁾: Catonis, Aviani, Maximiani, Homer Latini, Physiologi, Theoduli, Aratoris, Prosperi, Sedulii, Prudentii, deinde Ovidii (f. 78^b) *Artis Amatoriaie*, *Remediorum*, (79^a) *Ex Ponto librorum*, (80^a) *Tristium* et (f. 80^b) *Epistularum*, qui accessus verbis *quarum viri demorabantur in obsidione.... decurtatus abruptum*. Sequuntur Maximiani elegiae, Vita b. Mariae „Aegyptiacæ“, cetera⁶²⁾. Singuli acces-

⁶⁰⁾ De cetero video: *Catalogus codd. Latinorum Bibliothecae Regiae Monacensis*, compos. Halm — Keinz — Meyer — Thomas, tom I pars III, Monachii 1878 p. 249. Sed perperam de huius codicis folio 31 est scriptum: „Thebaldi Placentini regulæ de longis et brevibus syllabis“, nam solus tantum isque brevissimum illarum „regularum“ extat accessus (fol. 31^a).

⁶¹⁾ Nomen ipsum *accessum*, quod in hoc libro non appareat, codicibus Monacensibus debemus, ubi saepius (etiam in librorum frontibus) exaratum occurrit. cf. *infra* p. 16, 17.

⁶²⁾ Reliquas codicis partes descriptas invenies in *Bibliothecae catalogo*, qui inscribitur: *Codices Palatini Latini Bibliothecae Vaticanæ descripti* praeisd. J. B. Cardinali Pitra. Recensuit et digestus Henricus Stevenson iunior, recognovit J. B. de Rossi, tomus I Romæ 1886 p. 59—60. At nonnulla sunt in hoc catalogo omissa, veluti *Accessus Physiologi*, qui inter

sus, etsi magnam partem uno perscribuntur tenore, omnes fere tituli denotantur, qui sunt ex. gr. *Initium Aviani*, *Initium Maximiani* et saepissime lineis minio pictis sunt distincti.

T² T² *Monacesis* 19474 (Tegerns. 1474⁶³) membranaceus s. XII—XIII, forma octava minore, (18 × 13.3 cm.) (foliis 39) paginis 78 constat, quarum posterioribus (p. 59—78) hi continentur accessus: (Pag. 59) Catonis, Aviani, Prosperi, (p. 66) Ovidii Amorum, (p. 67) Tullii, Homeri Latini, (p. 69) Aratoris, (p. 70) Ovidii Artis Amatoriae, Remediorum, (p. 72) Theoduli, Sedulii, (p. 75) Ovidii Epistularum, (p. 76) Prudentii, Maximiani, Physiologi⁶⁴.

Vides igitur neque eundem in omnibus codicibus exstare Ovidianorum accessuum numerum, neque eodem in unaquaque sylloge digestos esse modo, cum nonnulli tantum, Artis Amatoriae et Remediorum dico accessus, in omnibus codicibus, Artis autem, Remediorum, Ponticorum, Tristium accessus in codicibus T¹ et P eodem se exciperint ordine. In quo constituendo, ne omni carerem fundamento, codicis T¹ (ut qui omnes contineret accessus, Ibide nimirum et Metamorphoseon libris exceptis, cf. p. 32 sq.) secutus sum rationem, hoc discrimine interposito, ut Epistularum accessum, qui in T¹ duobus locis occurrit (v. supra), ceteris praeposuerim.

Homeri et Theoduli accessum (in fol. 76^b—77^a) exstat, minio quidem non distinctus. Praeterea in fol. 1^a alia manus (saeculi, ut videtur, tertii decimi) adscripsit haec, quae codicis indicant originem: (a) *H. T. Codex iste pertinet monasterio beatae Mariae Magdalena in Franchenthal inter Spiram et Wormatiam situato, canonicorum regularium et paulo inferius: (b) Explanationes Sedulii Scotti in quatuor evangelistas habentur in praesenti libello. Tum alia manus multo recentior addidit: (c) Gross — Frankenthal et alia iterum: (d) Hic liber ad manus Francf. In folio autem 112^b ab eadem manu, quae supra a et b exaravit, iterum verba a me signo a notata perscripta sunt et praeterea libri index est adjunctus: *Continet vitam sancti Nicolai episcopi, item Theodulum, item textum Sedulii, sed non est finis, item commentum super Sallustii textum, item Gestu beati Cosimae et beatae Mariae Aegyptiacae. E quo indice, cum iis, quea nunc libro continetur in comparationem vocato, conici potest codicem aliquando e compage solutum, alia amississe et ex aliis postea esse confutatum.**

⁶³ Cf. E. Chatelain, Paléogr. des Classiques Latins, Paris 1884—1892 I p. 7, 20, pl. XXVII.

⁶⁴ V. adn. 56, p. 248—249.

⁶⁵ Ovidii enim vitam continet; cf. p. 16.

Restat, ut moneam Amorum Accessus recensionem, quae in codicis T¹ existet folio 7^a, haud mediocriter differe ab ea, quam eiusdem libri ff. 13^a—13^b et codex T² exhibeat — simili modo, atque Epistularum Accessus, qui in T¹ (fol. 13^b—14^a) et in codicis P fragmento asservetur, totus alius sit atque illi, qui in codicis T¹ foliis 1^a—1^b et in T² inveniantur. E codicis autem T¹ duobus accessibus, qui hoc loco (fol. 1^a—1^b) sunt exarati, posterior tantum cum codicis T² accessu accuratius cohaeret. Meliorem itaque, mea quidem sententia, in textum recepi recensionem, alteram vero, ut commentarii atque supplementi quodammodo vice fungeretur, annotationibus adieci. Quae omnia ut facilius perspicci possint, tabulam affero, singulos accessus, eorumque codices exprimentem:

I ^a , I ^b	"	: T ¹ (fol. 1 ^a —1 ^b T ²)
II	"	Artis Am. : T ¹ P T ²
III	"	Remed. : T ¹ P T ²
IV	"	Ponticorum : T ¹ P
V	"	Tristium : T ¹ P
VI	"	Amorum : T ¹ (fol. 7 ^a)
(VII ^a	"	: T ¹ (fol. 13 ^a —13 ^b T ²)
VII	"	Fastorum : T ¹

Manifestis denique librarii mendis correctis, orthographiam restituī, illam autem mediæ aevi consuetudinem, ut pro *ti*, *ci*; pro *ae*, *e* scriberent et alia similia in textu denotare supersedi, cum ne ipsi quidem codices in hac scribendi ratione servanda essent constantes, et quisquilius omissis maioris tantum momenti codicum lectiones alia singulari protuli.

Aliorum auctorum accessus, si qui in his codicibus occurrun̄t, in omnibus eandem omnino exhibent recensionem, quod ad eorum compositionem praecipue et principales quaestiones pertinet; accedit, quod e duobus codicis T¹ Prudentii accessibus (v. supra p. 13) primus (1, in fol. 1^b) in codice T², alter autem (1^a, in fol. 2^a) in codice P recurrat.

Lucius ad rhetoricam se contulit, iste vero in poetria studuit⁴⁾. Et sciendum est ante tempus Ovidii non esse factas epistolulas Romae, sed Ovidius suo tempore ad imitationem cuiusdam Graeci⁵⁾ fecit pri-

Item. [Accessus Ovidii epistolarum T⁴⁾

Sciendum est Ovidium Romae primum scripsisse epistolulas non imitando quemquam Romanorum, quorum quippe poeta nullus adhuc scripserat epistolulas, sed quandam Graecum, cuius viderat epistolulas. Epistola autem dicitur 'supra missa' quia supra verba mittat. Materia Ovidii est in hoc opere tam 5

3 suo tempore] suo a tempore P

⁴⁾ De aliis Ovidii vitis conferas veniam Sedlmayer, Beitr. p. 141—144. Nogara, l. 1.

⁵⁾ Haec quaestio, quae est de fonte et origine Ovidianarum epistolularum, ipsius Ovidii praecepit verbis (*Ignotum hoc alii ille novavit opus* Art. III 346) incognita, et saepius a medi aevi tractata erat scholiastis et nondum est profigata. In codice quodam Victorino (Heroidei ed. Loers, Coloniae 1829 p. XXXV; H. Jurenka, Beiträge zur Kritik der Ovidischen Heroiden, Wien 1881 p. 6) haec leguntur: *Ovidius epistolulas istas ab eodo poeta Graece conscriptas in Latinum novavit: unde in libro de arte loquendo (= amandi) de se dicit: vel tibi composita sq. (Art. III. 345 sq.)*, quo scholasticus F. X. Werfer (*Acta philolog. Monacens.* vol. I fasc. 4. p. 495 sq. (1814) [Jurenka l. l. p. 5, adn. 12]) *Ovidium Heroideas ad unam omnes a poeta nesciquo graeco (Alexandrinou fortasse) compositas, in Latinum convertisse putavit. In codice Trevirensi (Loers l. l. p. XXXV) haec existant: ...in quo opere imitatus est ysidorum et astream poetriam ad memoriam epistolulas reducendo, quae tam oblivione <ad> erant fore date unde in Ovidio de arte amatiora continetur ignot. h. i. n. op.* In quibus

omnibus de Hesiodo agi primus suscipitus est Rieseus (Burs. Jahress. 1883 p. 77), cuius conjectura ad certum est reducta iis, quae in codice Laurentiano XXXVI. 18, s. XV (fol. 2^o) inventur: *Composuit novem magna columina et primo quidem librum Heroidum epistolalarum, quas ab Esido, Graec poeta conscripsit ipse in Latinum reducens, amplius expolivit* (cf. Sedlmayer, Beitr. p. 146). Nunc, quo omne tollatur dubium aliud (codicis Regensis 1559 s. XIV et XV, fol. 2^o) affere licet testimonium quod quandam meliorem scholii Trevirensis exhibit rectionem: *...et primo fecit librum Heroidum scilicet de epistolis, imitatus Herodijnum Astrenum (= Hesiodum Astraeum), qui oblivioni datis fabulis ad memoriam nititur reducere. Alium Epistolarum fontem scholastica proponit codicis Palatini Vaticani 1707 s. XV (f. 163^b): Heroidas autem tres (?) Heroinas appellatas dedisse certo auctore Suida narratur. De Theocrito (quod nomen fortasse in corrupta voce tres latet) hic agi locus testatur Suidae, qui s. v. Θεόκριτος (ed. Bernh. 1852 I, 2 p. 1141) haec habet: Τίτες δὲ ἀναπέρωται εἰς αὐτὸν καὶ ταῦτα Προτίθασι, Έλχηδας, Υμένας, Ήρωίνας, Έπιφέδα μέλη sq. Cum quibus omnibus mirum in modum*

ACCESSUS.

Ovidii Epistolarum.

*In principio huius libri VI sunt inquirenda: Vita poetae¹⁾, titulus operis, intentio scriptentis, materia, utilitas, cui parti philosophiae supponitur. Vita istius poetae talis est: Sulmonensis esse dicitur, quod ipse testatur: *Sulmo mihi patria est*²⁾. Ex Paenigo oppido autem natus patre Publio³⁾, matre vero Pelagia. Cuius frater*

Accessus Ovidii epistolarum.

Intentio hujus operis est reprehendere masculos et feminas stulto et illico amore detentos. Materia huius sunt heroes et matronae. Ethicae et supponitur, quae morum instructoria est et extirpatrum malorum. In hac prima epistola 5 commendatur Penelope legitimum servans amorem, et e contra non idem agentes reprehenduntur. Ulizes unus Graecorum fuit, qui ad exstirpandam Troiam venerant, ubi quia in multis deos offendebat, cum in patriam reversurus esset, VII annis erravit. Penelope vero ipsius coniux, cum a plerisque procis sollicitaretur, omnes aspernata <est> desiderio solius mariti. Quae cum ignoraret, ubi esset, 10 mittit ei hanc epistolam, quae si inventri possit, ad eum deferatur.

4—5 poetae istius Sulmonensis fuit, quod T¹

¹⁾ Ex hac vita, quam in sequentibus accessibus deesse videbis, non sine aliqua probabilitate conicitur hunc accessum et nescioquo Ovidiano esse sumptum codice, in quo Epistulae solae existent (perinde ac sunt Palat. Vatic. 1665 s. XIV, 1666 s. XIII alii), aut carminum Ovidianorum incipient syllogeno p. 142.

(velut est Laur. XXXVI 27 s. XIV, cf. Sedlmayer, Proll. p. 21—22.

²⁾ Trist. IV 10 v. 3 sq.: *Sulmo mihi patria est, gelidis uberrimus undis Milia qui nories distat ab Urbe decem.*

³⁾ Ovidii pater in libris manuscriptorum nonnumquam etiam Pilus aut Botius appellatur v. Sedlmayer, Beiträge... p. 142.

mus epistolas. Titulus operis sumitur a materia, quae sunt epistolae. Sumitur etiam a loco et a persona, ut Phormio et Eunuchus vel ab actu personarum, ut Auctontumerumenos⁶), id est: se ipsum excrucians⁷), et sic faciunt astra f vel a materia, ut Tullius de amicis citia. Iste quoque a materia sumitur, intitulatur enim a quibusdam

mittentes, quam quibus mittuntur epistolae. Intentio sua est legitimum commendare conubium vel amorem, et secundum hoc triplici modo tractat de ipso amore, scilicet de legitimo de illicito et stulto: De legitimo per Penelopes, de illicito per Canace, de stulto per Phyllidem. Sed has duas partes, scilicet stulti et 5 illiciti non causa ipsorum, verum gratia illius tertiae commendandi interserit et sic commendando legitimum, stultum et illicitum reprehendit. Ethicae subiacet

* astra] ast^m|||t T¹ Prima vox corrupta est fortasse, nam in P in ista correcta est, ut videtur; in lacuna, deletas litterae, quae fuerit a vel r vestigia vix cognoscit possunt.

conspirant, quae de Epistularum Ovidianarum origine protulit L. Castiglioni (Inntro alle Eroidi di Ovidio, Atene e Roma VI (1904) p. 239 sq.), qui et Suidae locum prohibet et haec adicit: ...di questa specie di eroidi non si sa altro: probabilmente va ravvicinare a quella dei cataloghi composti a imitazione degli esodi e specialmente al catalogo amatorio di Fanocle (Epopoiesis ή Kaloi), anzi che a quello di Niceneto Samio (g. Rohde. Gr. Rom. p. 89. Ed. II) Cf. C. Kukula, Briefe der jüngeren Plinius 1909, I p. XII adn.; H. Peter, Der Brief in der röm. Litt. Leipzig 1901 p. 183 - 194; Fr. Leo, Gött. gel. Anz. 1901, 4, p. 322 sq.; A. Palmer (L. C. Purser) Ovidii Nas. Heroines, Oxford 1898 p. XI sq.; Tolkiens Burs. Jb. 80 p. 20. Huc pertinent certe, quae Sapphus epistulae in codice quadam Ratisbonensi (Jurenka l. l. p. 6) inscribuntur: *Sappho rates greca lesbis ex mylente civitate ad phaenom amatorem suum per Ovidium, ut arbitrantur nonnulli, traducta Incipit*, et quae in Ovidii

vita codicis Laurentianii LIII. 15. s. XV (f. 45^b) commemorantur: trahunt autem elegiam illam a Sapphone Graeca compositam, quod faciliter persuaderi potest, cum hic versus "Est in me facies, sunt apti lusibus anni" et in libro Amorum (Am. II. 3. 13) et in praedicta elegia (Ep. [XV] 21, repertiorum. (Cf. Sedlmayer, Beitr., p. 147.)

* Audi: Hautontimorumenos.

* De Terentii, quae medio aevio fuerit memoria, consulas velim M. Maninum: Beiträge zur Gesch. d. röm. Dichter im Mittelalter Philol. 25 (N. F. VI, 1893) p. 546 - 552. Sic ex. gr. Conradus Murensis (v. p. 549) haec habet: ...et nota, quod Terentius gener Afrikanus plures fecit comedias, quarum sex habemus hīis nominibus: *Terencius in Andria ab Andro insuta; T. in Euthymone; T. in Euthymorenus* quod interpretatur *senez excrucianus se ipsum* (que fabula paulo inferius *T. in Euthymorenus appellatur*), *T. in adelphis; T. in Ecphry, quod interpretatur socrus; T. in phormione.*

'Ovidii epistolalarum' propter hanc causam, quia diversae sunt epistolae in hoc volumine, quae poterant mitti vel mittebantur Graecis viris in obsidione Troiae manentibus, vel illius tendentibus, aut inde redeun- tibus cuique de uxore sua. 'Epi': Graece, Latine: *supra; stola; missa*⁸). Litterae mittuntur propter necessariam causam aliquam et 5 sumuntur a personis, quae sunt eius materia. Unde quidam intitulant eum 'Ovidium heroum', id est matronarum, vel 'Liber heroidos'. 'Heros, heroides' Graece est masculinum et significat Graecas mulieres nobiles. Ideo autem sic intitulatum est, quia scriptus est sub personis illarum Graecarum nobilium mulierum, quarum viri demorabantur in obsidione Troiae et quia Heroines excellentiores matronae erant in Gra- cia, a quibus et maxima parte amatoribus suis hae epistolae mitte- bantur.

quia bonorum morum est instructor, malorum vero extirpator. Finalis causa talis est, ut visa utilitate quae ex legitimo procedit et infortunis, quae ex studio et illicito solent prosequi, hunc utrumque fugiamus, et soli casto adhae- reamus.

In hac itaque prima epistola intentio est mittentis Penelopes, quae ex ab Ulixes [utru]ci obici possint, removere obiectiones, et ut reverti properet et multas domi diutinae morae ostendit incommoditates. Et iste Ulixes in obsidione Troiae in multis deos offendat, post destructionem Troiae, volens redire

3 Troiae manentibus] troie ibi manentibus P. 8 Graecas] om. P. 10 nobilium] om. T¹. 11 Heroines] heroides cod. T¹.

* In mentem tibi revoco velim, quem supra (p. 10) de Graecas linguae monui memoria paene extincta. Risum nobis movent eiusmodi „doctae“ istorum magistellorum etymologiae: Nam legas ex. gr. haec e codice P de prompta (Accessus Homeri, fol. 76^b): *Odissa* (Odyssey), *quod laudatorium carmen est, o de nam est laus;* (Accessus Theoduli f. 77^b): *Egloga a capris tractum est, "egle" (αιξη) enim Graece, "capra" Latine; "logos" sermo⁹, unde componitur egloga id est caprino sermo. (Eadem in T¹ et T¹ existant similia autem apud Anonymous Mel- licensem [s. XII, ed. E. Ettlinger, Karlsruhe 1896] p. 68 - 69, tum apud Conr. Hirsaug. et Bern. Traiect. leguntur, v. Schepss l. l. p. 44 et adn. ad v. 19) — et quae de Prudentii Psychomachiae erroris ignarus confabulatus scholiastes (f. 78^b): *Incipit liber Psychomachiae. "Psichos" enim Graece, Latine: "pugna"; "machia": "anima". Incipit Psychomachia id est pugna animae. Cf. etiam Conr. Hirsaug. Dial. (ed. Schepss l. l.) p. 24, 25, 58. Facile augeri possunt exempla, sed longum est nunc quidem omnia in medium pro- ferre. V. insuper: Gudeman l. l. p. 164 adn. 1; Manitius, Gesch. d. lat. Lit. p. 513, 515.**

Hoc de titulo, nunc de intentione eius videamus. Intentio eius est de triplici genere amoris, stulti, incesti, furiosi scribere. De stulto habet exemplum per Phyllidem, quae Demophonti redditum, ut suis disponenter concessit; quae expectare non valens, ex amoris intemperantia 5 se laqueo suspendit. Incesti habet exemplum per Helenam, quae Paridi nupsit, legitimo viro suo sumpta Menelao. Furiosi habet exemplum per Canacen, quae Machareum fratrem suum dilexit. Alter: Intentio huius libri est commendare castum amorem sub specie quarundam Heroidum id est nobilium Graecarum mulierum, quarum 10 una erat uxor Penelopes⁹⁾. Ulixis, vel vituperare incestum amorem sub specie incestarum matronarum, quarum una fuit Phaedra. Alter: Intentio sua est quasdam ex illi + committentibus epistolas laudare de castitate sua, quasdam autem reprehendere de incesto amore. Alter: Intentio sua est, cum in praeeptis de arte amatoria non 15 ostendit, quo modo aliquis per epistolas sollicitaretur¹⁰⁾, illud hic sequitur. Alter: Intentio sua est in hoc libro hortari ad virtutes et redargueret virtutem. Ipse accusatus fuit apud Caesarem, quia scriptis suis Romanas matronas illicitos amores docuisset¹¹⁾. Unde liberum scriptis eis, istud exemplum proponens, ut sciant, amando quas 20 debeat imitari, quas non. Scindunt quoque est, quod cum in toto libro hanc et supradictas habeat intentiones, praetera duas habet in hoc libro, unam generalem¹²⁾ et aliam specialem. Generalem delectari et

in patriam suam VII annis erravit in mari [mare T]¹³⁾. Cuius uxor Penelope inviolabiliter [inviolabilitate T] conservans copulam, ob ipsius gratiam multos se saepe petentes aspernabatur et ignorans, ubi sit, scriptis ei hanc epistolam, quae si alicui inventaria, ipsi tributar [haec epistola] addit T¹⁴⁾. Et dicti Onidius in persona Penelopes: O Ulyxe haue salutem, vel hanc epistolam mittit tibi Pe-
lope, ipsa dico, assidue perseverans in tuo amore, tibi dico lento in reditu. (Ep. I v. 1 sq.).

2 habet] habens cod. 3 Demophontii demophonti cod. 9 Heroidum] heroydum cod. 13 post autem scriptum erat rituperare, nunc deletum.

⁹⁾ Quo nomine, Graeca sine dubio sent iuuenes doceri, quo modo debent genetivi forma deceptus, auctor Ulixis scribere amicis suis et e converso. Non conuengit muneupat.

¹⁰⁾ Ovidii vita, quae in cod. Vatic. 1479 s. XIII—XIV (f. 53^a) inventur, festum est, cf. infra Remed. Access. haec habet: Propter amorem illius (Corinnae) fecit liberum epistolaram, ut pos-

¹¹⁾ Cf. infra Epilegomena.

communiter prodesse. Specialem habet intentionem sicut in singulis epistolis, aut laudando castum amorem, ut in hac: *Hanc tua Penelope*¹⁵⁾..., aut vituperando incestum amorem, ut in illa: *Quam nisi tu dederis*¹⁶⁾... Et bene diversae epistolae diversas intentiones habent quia dum quasdam de castitate <commendare> alias de incesto amore reprehendere proposuit, diversa intendebat. Materia sua sunt epistolae suea sive eas scribentes, scilicet maritatae. *Utilitas, vel finalis causa secundum intentiones diversificatur, vel illicitorum, vel stultorum amorum cognitione, vel quo modo aliquae per epistolulas sollicitentur vel quo modo per effectum ipsius castitatis commodum consequamur. Vel finalis causa est, ut per commendationem caste amantium ad castos amores nos invitet, vel ut visa utilitate, quae ex legitimo amore procedit visisque infortuniis vel incommoditatibus, quae ex illico et stulto amore proveniunt et stultum et illicitum reprehelli et fugiamus et legitimo adhaereamus. Ethicae supponitur, 15 quia de iusto amore instruit.*

Sunt quoque tres modi recitandi: *Exagematicus, Dramaticus, ubi personae introductuntur. Misticon vel cinamicticon, ubi introducuntur.... et persona loquitur*¹⁷⁾. *Iste dramaticon utiliter propriae quod neque invocat, neque proponit, quod si faceret, exagematicon uteretur.*

5 <commendare> supplevi.
19 Lacuna circa quatuor litterarum.

10 *Sollicitentur] sollicitemus* cod.

¹²⁾ Ep. I.

¹³⁾ Ep. IV.

¹⁴⁾ Quibus manifeste corruptis vocibus non nisi Graecam trium scribendi generum distinctionem: γένος ἔργων κατηγορίας, δραματικόν, κοινόν, vel μικτόν subesse puto. Vides enim: M. Valerii Probi in Vergili Bucol. et Georg. commentatoris ed. H. Keil Halis 1848 p. 7: *Omne carmen in tres charakteres dividitur, dramaticon, in quo personae tantummodo loquuntur, diegeticum, in quo solus poeta, μικτόν, ubi promiscue et poeta et persona; Diomedis Art. Gram. I. III. De poetam p. 482 (Keil), = Bedae De Arte metrica p. 259 — 260*

(Keil): *Poematos genera sunt tria, aut enim actuum est, vel imitativum, quod Gracie dramaticon vel mimeticum, aut narrativum vel enuntiativum, quod Gracie exegeticum vel apangaliticum dicunt, aut commune, vel mixtum, quod Gracie κοινόν vel μικτόν appellant. dramaticon est vel actuum, in quo personae agunt solae sine ullius poetae interlocutione, ut se habent tragicae et comicae fabulae... exegeticum est, vel narrativum, in quo posta ipse loquitur sine ullius personae interlocutione, ut se habent tres georgici et primi pars quarti... κοινόν est vel communae, in quo poeta ipse loquitur et personae loquentes introducuntur, ut est scri-*

In hac vero prima epistola¹⁶⁾ constantia castitatis in Penelope Ulixis uxore, quam castimoniae exemplum proposuit. Intendit quoque laudare Penelopen non tantum propter castitatem, sed etiam propter fidem, quam servabat marito suo Ulixi, donec in obsidione Troiae permansit, quia dum ceterae matronae non expectarent marios suos saltim per duos annos aut tres, ista per XIX annos suum expectabat cum magna castitate, licet multi nobiles et ditiones cuperent eam ducere uxorem. Ulixes Itacus dux Graecorum fuit, qui ad destruendam Troiam venerant coniurati, qui prius simulata furia cum aliis ducibus non ivit ad bellum, sed cum animalibus disparis naturae aravit et salem sevit. Hunc Palma eades Antilochi filio suo in sulco positio revocatum ad Troiam ire coegit¹⁷⁾, qua destructa, cum in patriam reversurus esset, quia deos in multis offendebat, X annos erravit, quidam autem dicunt VII, quidam XII, 15 quidam X in bello moratum esse. Penelopes¹⁸⁾ vero, ipsius coniux,

¹ vero supra scriptum. 6 XIXJ XX cod., XIX i. m. 15 moratur esse] moratus est cod.

pta Ilias, et Odyssea tota Homeri et Aeneis Vergili et cetera his similia.

Eadem in Metamorphoseon commentario tractantur Benedictoburano (v. Meiser I. l. [cf. supra p. 8] p. 49): *Omnis auctor vel pragmatice (dramatis?)¹⁹⁾, vel exegematis, vel cinomiticæ, Pragmaticum id est fabulosum et est ubi introductæ personæ locuntur ut Terentii, Exegematon (Exegemationem cod.) id est enarrativum, ubi auctor loquitur <ut> priscianus. Tercium genus poematis est Cinominticon id est commune, ut Ovidius iste scribit. Vocabula cinomiticæ et cinominticon ad Graecam vocem, quae sit κοινωνικτικός referit Meiser, licet κοινώκτος tantum in Graeco sermone exstet. Cf. insuper Servii in Verg. Comm. ed. Thilo et Hagen Lips. 1881 p. 4.*

¹⁶⁾ Quod primæ Epistulae argumentum hic, ut ita dicam, agglutinatum satatis certo videtur esse documento hunc

accessum prius Epistularum cuidam praefixum esse commentario, e quo ille, qui accessum conficeret syllogen, per imprudentiam fortasse aut incuriam etiam haec receperisset, quae ad accessum ipsum iam non pertinerent. Videas praecipue I¹, I².

¹⁷⁾ V. Servius ad Aen. II 81 (Thilo-Hagen I¹ p. 230): ...nam Palamedes, ut Apollonius dicit septimo gradu a Belo originem ducens, cum dilectum per Graciā ageret, simulante insaniam Ulixem duxit invitum. Cum enim ille iunctis dissimilis naturæ animalibus salem sereret, alium ei Palamedes operitus, quo viso Ulixes aratra suspedit, et ad bellum ductus, habuit iustum causam doloris. Cum Telemachi nomen apud Servium hoc loco decesset, accessus auctor Ulixis filium Antilochum temere appellavit, confusa quadam recordinatione deceptus.

¹⁸⁾ V. supra adn. 9.

cum de aliis sollicitaretur, hanc illi mittit epistolam, quae ad eum, si inveniri possit, deferatur, quoniam omnes procos aspernata, solius mariti desiderio calebat. Sed quia ista per castitatem ceteras praecellebat, Auctor ei primum locum dat et, quia fidem viro suo servat, in hac epistola commendatur et e contra idem non agentes reprehenduntur. Intendens ergo eum revocare, haec verba castitatis mittit illi, dicens: „Hanc tua P.^a idem in tuo amore perseverans, mittit hanc scilicet epistolam vel salutem.“ „Ulyxe“: Graece vocativus. „Attamen“: una pars.

Ovidii de amatoria arte.

II.

Intentio sua est in hoc opere iuvenes ad amorem instruere, quo modo 11 debeat se in amore habere circa ipsas pueras. Materia sua est ipsi iuvenes et pueræ et ipsa praecincta amoris, quæ ipse iuuenibus intendit dare. Modus istius operis talis est: ostendere quo modo ipsa puella possit inveniri, inventa exorari, exorata retinari. Finalis causa est, ut perfecto libro in mandatis suis, quod tenendum sit in amore ipsis iuuenibus enucleatum sit. Ethicae supponitur, quia de moribus puerarum loquitur, id est quos mores habeant, quibus modis retineri valeant.

Videndum etiam est, quia morem recte scribentium servat et 20 sequitur: proponit, invocat, narrat; proponit, ubi dicit: „Si q. i. h.“²¹⁾; invocat, ubi dicit: „Coepitis mater“²⁰⁾; narrat, ubi dicit: „Principio quod amare“²¹⁾.

Ovidii de remedio amoris.

III.

Ovidius iste amandi librum composuit, ubi iuvenes amicas acquirere 25 acquisitas benigne tractare docuit. Et pueras id idem instruxerat. Quidam autem iuvenes, voluptati nimium obdientes non solum virgines.

¹⁰ Ovidii de amore P. titulum om. T². 15 ipsa om. P T². exorta T¹ exhortari, exhorta T². 16 ut om. T². perfecto) perfecto P. perfecto T². in^j vel T². 17 sitj ē T¹ T². 20 servat et om. P T². 23 quod amare om. T². 24 Ovidii om. T², titulum totum om. T². 26 benignas P.

²¹⁾ Art. I 1: *Si quis in hoc artem populo non novit amandi sq.* ²¹⁾ Art. I 35: *Principio, quod amare velis reperire labora sq.*

²⁰⁾ Art. I 30: *Vera canam: Coepitis, Mater Amoris ades! sq.*

nes, verum etiam ipsas matronas et consanguineas minime vitabant. Virgines coniugatis, sicut non uxoratus se pariter subiungebant. Unde Ovidius ab amicis et ab aliis in maximo odio habebatur²²⁾, postea poenitem, quos offendebat sibi reconciliari desiderans vidensque hoc non melius posse fieri, quam si dato amori medicinam adinveniret, hunc librum scribere aggressus est,²³⁾ in quo pariter iuvenibus et puellis irretitis <consulti>, qualiter erga illicitum amorem se armare debeant. Instruit ad medici similitudinem, bonus enim medicus infirmis, ut sanentur medicinam tribuit et etiam sanis, ut ab infirmitate non capiantur. Ut in principiis quaedam occurrunt in-

²²⁾ vidensque] videns T¹. 7 <consulti> supplevi erga] suprascr. T¹ om. PT² 8 enim] vero T¹ 9 sanis] sa^{nt} T² 10 quidam T².

²³⁾ In Ovidii vita codicis Barberini 26 s. XIII—XV f. 35 inveniuntur haec: „iuenum rotagu impulsus compousit librum artis amatoriae, in quo docuit iuvenes solus licitus amare pueras, illi verum, mox transgredientes, non solum licitus, sed etiam illicitis abutebantur puellas sq. v. Nogara l. 1. 424.

Quibus addas haec: Cod. Laur. XXXVI, 27, s. XIV f. 1*: „...rotagu Romanorum iuuenum impulsus, illis Amatoriae Artis librum compousit, solum de licitis (delicatis cod.) amibibus, non tamen de illicitis, sed de licitis praecepta largiendo. Illi vero modum transgredientes, non solum licitus, sed etiam illicitis utebantur. Quo cognito matrone Romanae nec non etiam honesti viri cum apud imperatorem accusaverunt, illi suae artis virtus obiciendo et ipsum cum regina rix adulterium commissose addendo sq.; Cod. Laur. LXXXI Sup. 23 s. XV fol. 49*: Auctor iste Ovidius rotagu quorundam iuuenum Romanorum impulsus, scriptis librum Artis amatoriae illis, in quo mulieres targiter est illis peritis decipiendi, qui non solum se licitis, verum etiam ab illicitis non abstinebant, utpote sancti monialibus(?) et

viduis et coniugatis. Unde Romanae mulieres et religiosissimae plurimum condebat, quod non poterant resistere illis et inceperant cogitare, quomodo possent ipsum Ovidium opprincere et flexerunt, quod ipse concumberet cum uxori Neronis sq. (Cf. Sedlmayer, Beitr. p. 143).

²⁴⁾ Simillima Remediis, in cod. Vatic. 1479 s. XIII—XIV asservatis praemittuntur (fol. 25), in codice autem Laur. XXXVI 27 (v. supra, f. 1*) Ovidius, qui matronarum Romanarum praecepit opera exilio esset affectus, ad earam gratiam reconciliandam Heroidum Epistulas scripsisse dicitur: Qui positus in exilio, vitam in longo tempore ducens, Romanarum mulierum benivolentiam sibi recuperare cupiens, Epistolaram librum compousit, in quo castas extollendo et incestas deprimento ponit, ut earam benivolentia recepta, ad statum pristinum reducatur. Eadem fere in cod. Laur. LXXXII sup. 23 (v. supra, fol. 49*) leguntur. Cf. supra Acc. Epist. p. 20. — At infra eodem consilio Fasti scripti esse dicuntur v. Accessum Fastorum, p. 31.

quirenda, quae hac occasione inquiruntur, ut bene inquisita et prudenter intellecta facilem intellectum comparent ipsis auditoribus, ita et in huius libri principio quaedam inquirere debemus, ut per ea bene et sapienter exquisita totum subsequens opus nobis clarius appareat. Videamus ergo quot sunt et quae sunt, quae in hoc libro inquiruntur. Quatuor videlicet: primo materia, secundo intentio, deinde causa intentionis, ad ultimum cui parti philosophiae supponatur. Materia huius libri sunt iuvenes et puellae captae de illicito amore. Intentio sua est dare praecepta quaedam, quibus illicitum amorem removeat. Causa est ut illicito amore detentis expediantur et nondum capti sciant sic praeccavere, ne capiantur. Ab illa quaestione librum suum incipit, quam aliquis sibi posset facere dicendo: „cum in primis Artis amandi iuvenes edocuisti, nunc vero remedium amoris scribis eis, tibi ipsi contrarius esse videris“, cui sic respondet Ovidius: „Tu non debes mihi obicere hoc, quia ipse mihi obiecit amor, cui respondi et Amor laetus recessit et meum opus finire praecepit“²⁴⁾.

Ovidii de ponto.

IV.

In hoc libro sicut in ceteris ista inquiri solent: Intentio, materia, utilitas, cui parti philosophiae supponatur. Intentio sua est unumquemque persuadere, ut vero suo amico in necessitate subveniat. Materia sua amici sui sunt, ad quos scribit, mittens singulis singulas epistolatas, vel ipsa verba, quibus precatur. Utilitas, est maxima, si possit veniam consequi apud Octavianum Caesarem intercessione 25 amicorum suorum, quibus mittit ipsas epistolatas. Ethicae, id est

1 inquisita ^{ex} P. 2 ante intellectum vocem aditum duabus lineo deletantur habet T¹ 2 comparent] comparet T¹ PT² 3 in om. T¹ 6 ergo om. P. 7 primo] prima T² 11 removeat] removerat T¹, in T² ut videtur, scriptum erat removerat, nunc correctum 11 est om. P. 13 quam/ quas T¹ T² 16 tu mihi non debes T¹ T² obicit mihi T¹ T² 17 Amor] amare P amare T¹ T² 18 In calce accessus T¹ hunc habet versum: Explicit auctoris opus et simul actus amoris. 19 Ovidius T¹. 25 possit/ possit||||| P. 26 suorum om. T¹ mittis P.

²⁴⁾ Rem. v. 1—40; Haec ego; movit "propositum perfice" dixit "opus"! (v. Amor gemmatus aureus alas | Et mihi 39—40).

morali scientiae, supponitur, quia in unaquaque epistola agit de moribus.

Dicitur et hunc librum in Ponto insula Scythiae composuisse, quo missus erat in exsilium ab Octaviano Caesare propter librum 5 quem scriperat de amore, per quem corruptae fuerant Romanae matronae, vel, ut quidam volunt, quia cum uxore sua sive cum puer rem eum habuisse perceperat²⁶). Ibi, scilicet in Ponto, cum multa pateretur adversa, mittit singulis amicis singulas epistolias, rogans, ut sibi subveniant. Quas tamen in unum collectas mittit Bruto thesau-10 ratorio rogans eum, ut reponat in armario cum ceteris libris²⁶), atque hanc primam epistolam facit sic dicens. „Naso thomitanæ²⁷). Naso dictus est Ovidius et est agnomen, quod ab eventu impo-15 situm est ei eo, quod magnum nasum habuit²⁸). „Thomitanæ²⁹ dicit, quia ibi Medea membratim dividebat fratrem suum,

1 id est morali scientiae om. T¹. 3 Octavianoj Octavianō P-5 de amore om. P 8 amicis singulas om. T¹ [rogans] rogit T¹ 14 dividebat] dividebat Medea T¹.

26) V. infra p. 27 et adn. 30.
27) Pont. I 1 v. 3–4; 11; 21: Si ab habitu nasi, eo, quod habuit magnum vacat, hospitio peregrinos, Brute, libellos | Excipe, dumque aliquo, quolibet abde loco... Quæreris, ubi hoc possis nulla compone laeso?... Quidquid id est adiunge meis... Quid sibi velit vox thesaurizatoris, an aerarii quen-deris magistratum indicare debet, ne-scio. Huc non pertinet enim, ut opinor, vox thesaurizator, quae in S. Hieronymi operibus suppositio[n]is (Ep. VIII de tribus virt., Patr. Lat. Migne vol. 30 p. 118) occurrit. Magister meus, Prof. A. Miodoński hoc vocabulo bibliothecarii fortasse (thesaurus = bibliotheca) notionem contineri suspicatur.

28) Pont. I 1 v. 1–2: Naso Tomi-tanae iam non novus incola terrae | Hoc tibi de Getico litore mittit opus.

29) Operae pretium erit alias quoque nominum Ovidianorum ridiculas afferre etymologias, quae nobis quidem, quasi nemo ludibri prolatae esse videntur: Cod. Laur. XXXVI 27 s. XIV f. 1: Beitr. p. 143.

volens tardare patrem, qui insequebatur eam, cum fugeret cum Ia-
sone. „Thomos“ enim dicitur divisio, inde „thomitanæ“ id est divisio-
nis²⁹). „Iam non novus“, quia diu steterat ibi.

Ovidii Tristium.

V.

In hoc opere Ovidii sunt VI requirenda: Titulus operis, mate-5
ria, intentio, causa intentionis, utilitas, cui parti
philosophiae supponatur. Huic operi titulus a causa imponi-
tur, eo, quod eius auctor in tristitia versabatur. Materia sua est
periculorum descripsio, vel ipsi amici, quibus singulis mittit episo-
tolas. Intentio sua est, ut per scripta sua unumquemque moneat, ut pro 10
eo ad Caesarem intercedat. Causa est intentionis quod sub spe
revertendi in exsilium missus fuerat, ut per preces eorum iram Cae-
saris leniret sibique redditum impetraret. Utilitas est vehementis
irae Caesaris cessatio et dilectae patriae adeptio. Ethicae supponitur,
quia de moribus tractat.

Quaeritur autem, cur missus sit in exilium, unde tres
dicuntur sententiae: Prima, quod concubuit cum uxore Caesaris
Livia nomine, secunda, quod sicut familiaris transiens eius porti-
cum, viderit eum cum amasio suo coemitem, unde timens Caesar,
ne ab eo proderetur, misit eum in exsilium. Tertia, quod librum fece-
rat „De amatoria arte“ in quo iuvenes docuerat matronas deci-
piendo sibi allicere, et ideo offensis Romanis dicitur missus esse
in exsilium³⁰).

Quattuor quoque apud Romanos dicuntur genera fuisse

4 Ovidius T¹. 5 opere Ovidii sunt VI] libro Ovidii VI sunt T¹.
6 parti om. P 9 mittit] misit P 11 intercedat] intercedat P 13 le-
niret] leniret P 13 impetraret] impetraret PT¹ 17 dicuntur] dicantur P
18 Livia nomine om. P 22 decipiendo] decipi P esse om. P 24 ge-
nera fuisse] fuisse genera T¹.

29) Itaque Tomitanam terram idem atque divisionis terram valere putat.

30) Similia antiqui fortasse studii frustula meris nigris mixta etiam in Ovi-dianis vitis existant: In Ovidii vita, quae in cod. Barber. 26 s. XIII f. 35 sq. asservatur, haec leguntur: Im-
perator vero habens eum exosum tum
hoc de causa (de Arte agitur) tum alii-
pluribus de causis, quod concubuisse

cum uxore sua dicebatur sq. Conferas
velim insper, quae in alia vita, eodiceis
Vat. 1479 s. XIV, f. 53^a sunt prola-
ta: Postea adamavit Liviā uxorem
imperatoris, quam falso nomine appelle-
avit Corinam, q<nasi> cor urens³¹...
pergens per palatium regis solus, vidit
imperatorem Caesarem abutentem puer.
V. Nogara l. l. p. 423, 426, 427.

exsilio: Proscriptio, inscriptio, relegatio, exsilium. Proscriptus dicebatur, cuius bona publicabantur et ipse sine aliqua spe redeundi missus est in exilium. Inscriptus, cuius bona etiam publicabantur et ipse domi inter amicos retentus. Relegatus, cuius bona non publicabantur et ipse sub spe redeundi in exsilium missus. Exsul, cuius bona publicabantur et ipse sub aliqua spe redeundi missus.

VI.

*Ovidius sine titulo*²¹⁾.

Diversae causae dicuntur quare liber iste intitulatur „sine titulo“. Harum una causa est, quod metuebat aemulos, qui solebant 10 reprehendere opera eius, ne titulo lecto detraherent ei. Altera causa est, quia metuebat Augustum Caesarem, quem offensum sciebat de Amatoria Arte, quia ibi matronas quasi in prostibula posuit, sciebat autem, quod magis offendenderetur lecto hoc titulo, inscripta sunt enim

VI*

Ovidius sine titulo.

„Qui modo Nasonis fueramus quinque libelli“. [Titulum et Ovidii versum om. T¹].

Iste Ovidius dicitur de amore. Materia huius est amica eius Corinna, quia 5 quemque amicam suam vocat Corinnam. Finalis causa scilicet utilitas est ornatus [ornatus T¹] verborum et pulchras hic cognoscere positiones. Quid autem differat inter „Ovidium de amore“ et „De amatoria arte“, sciendum est: „Ovidius de amatoria arte“ dat praecepta amantibus, ut sint cauti, hic autem „De amore“ in semet ipso compleat praecepta. [...] ut sint cauti hic dat praecepta 10 Ovidius de amatoria arte hic autem... T¹; hic dat praecepta linea transversa deletum, praecepta supra complet adscriptum T¹. Et quare [quia T¹] hic non habeat titulum, sciendum est: Nam antequam componeret istum, composuerat „Ovidium de amatoria arte“ et cunctas fere [vero T²] matronas et puellas fecerat adulteras et hinc 15 Romanos sibi reddiderat inimicos et ideo, ne adhuc manus [magius T¹] incidet odiu huic non apposuit titulum, nos autem lectores apponimus [apposuimus T¹]: „Ovidius sine titulo“. Proposuerat describere bellum, quod fuit inter deos et Gigantes in Phlegraea valle V libris, sed ne manus facerent taedium duos admisit. Et secundum hoc propositum loquitur. Facit hic prosopopiam, id est 20 libros loquentes, ut rationales; inanimatos, [inanimatos T¹ T²] ut animatos.

6 spe] spe ||||| T¹ redeundi] revertendi T¹.

²¹⁾ In codice Neap. IV. F. 12 s. rum^u. Eodem modo appellantur Amo-XIV f. 33^a cf. p. 9) haec leguntur: rum libri in codd.: Barber. VIII 26 ...secundum opus fuit „Ovidius sine s. XIII (f. 34^a), Laur. XXXVI 2. s. titulo“, quod intitulari „Ovidius amo- XV f. 100^a; LXXXI Sup. 25 s. XV

hic quedam de amore. Tertia causa est, quod Augustus praeceperat, ut describeretur bellum suum contra Antonium et Cleopatram, unde propositus V libros facere, sed abstractus est a Cupidine et ideo istos tres libros fecit²²⁾, in quibus est sua materia amica eius vel amor. Intentio eius est delectare. Ethicae supponitur.

5

Dicitur autem rogatu Octavianoi Giganteum bellum incepisse, sed Cupido retraxit eum. Finito primo libro praemittit prologum, antequam incipiat, in quo ostendit verum nomen auctoris, praelibando materiam subsequentis operis et prioris²³⁾. Finitis duobus libris praemittit prologum, antequam incipiat tertium, in quo se ostendit coactum ab 10 Elegia scripsisse tertium de amore²⁴⁾. Cuius carmine maximam incurrit famam et infamiam. Cum autem dubitaret unde scriberet, Tragoedia, ex improviso ad eum veniens, hortatur eum, ut de ea ipsa scriberet, Elegia vero veniens et contradicens Tragoediae coegit Ovidium, ut, sicut iam supra dictum est, de ea faceret tertium librum.

15

In principio enim prologi describit amoenitatem loci, quo convenenter tantae deae. Et sciendum est, quod Tragoedia dea est facta carminis de gestis nobilium et regum. Elegia autem dicitur dea miseriae et adversitatis et scribitur impari metro.

Ovidius Fastorum.

VII.

Quidam libri dudum fuisse Romae dicuntur, quibus ab actu nomen 21 est inditum, Fasti enim dicebantur. Sciendum vero est istud nomen esse a fas nominatum, fastus enim licitus dicitur, unde fasti dies

10 Post tertium scriptum erat in codice de Amore, nunc deletum.

19 miseriae] vel miserie 1. m. add. cod. adversitatis] adversitates cod.

f. 1^a; 26 s. XV f. 70^a, cf. praeterea Sed in Mayer, Beitr. p. 147. Quae mira inscriptione in codicibus saepissima legitur atque sine dubio ad librarii aliquicuius adnotationem est referenda, qui cum Amo-

res et quodam exemplari casu titulo carent transcriberet, haec in libri fronte

possit: sine titulo. Quae voces deinde ab istis mediis aevi viris doctis avide arreptae, gratae illis praebuerunt provinciam, in qua ingenii sui vires exercerent, diversas causas, quare liber iste intitularetur „sine titulo“ alacrinantes.

²²⁾ Aperte hic confundit accessus auctor ea, quae in Amoribus praemissio ipsius Ovidii epigrammate de quinque prioribus Amoribus libellis dicuntur, cum iis, quae in Am. I 1 v. 1 sq. et Am. II 1 v. 11 sq. ad carmen quoddam heroiicum existant referenda. Videas tamen, quae ipse postea de Giganteo bello dicit.

²³⁾ Am. II 1.

²⁴⁾ Am. III 1.

quasi liciti vocabantur. Mos erat Romanorum antiquitus, ut quacunque die adversitates vel prosperitates sustinerent, in Fastis eas notari facerent, ut per eas notatas exemplum bonae vitae relinquenter posteris et sic animos eorum ad perenne decus excitarent. Sciendum autem est Romanos poetas gestas res R. P. <scilicet rei publicae> partim sic prolixe, partim tamen breviter descripsisse, ut prae inscenzia fastorum et nefastorum dierum paene omnes adeo oberrarent, ut penitus omnem morem sacrificii transverterent ita, ut in fastis diebus nulla sacrificia facerent et in nefastis hostias diis immolarent. Ovidius autem, sciens eo tempore Romanos sibi esse odiosos propter opus, quod fecerat de arte amatoria — multi enim per illud praeceptum amandi decieperantur — istud opus duabus de causis explicandum suscepit et spatiose volumina in compendiosorem tractatum redegit, quo morem sacrificii explicaret et Romanos sibi offenditos mitigaret³⁵⁾. Huius libri titulus talis est: „Incipit Ovidius Fastorum“. Hic obicitur, cum iste liber tam de fastis, quam de nefastis diebus Romanorum edisserat, cur magis fastorum, quam nefastorum dierum titulum habeat; ad quod responderet, quod secundum digniorem partem nomen accepit, ut in plerisque videmus fieri, ut in Oratio intitulatur „Liber carminum et odarum“, non tamen ubique laudes continentur, uel a digniori parte trahit sibi vocabulum. Similiter in Terentio a personis nuncupantur, quae plus excentur in commedia, sicut „Andria“ ab Andro insula, „Eunuchus“ ab Eunocho persona³⁶⁾.

Videnda est etiam quorundam versutia de fastis et nefastis diebus, perverso enim modo accipiunt; cum enim superius diceremus fastos dies committentes, in quibus iura exercere, sacrificia fieri licet, nefastos vero in quibus horum nihil Romana curia fieri censeret, quidam opinantur dies fastos vocari ab urbanis negotiis, in quibus deberent vacare, nec liceret Romana iura exerceri nec ullas diis hostias immolare. Nefastos vero vocant, in quibus a supradictis decretum erat non abstineare. Horum et similium errores cognoscuntur Ovidio testante, qui ait „Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur. Fastus erit, per quem lege licebit agi“³⁷⁾.

Dubitatur etiam ubi compositus hunc librum. Dicunt qui-

12 duabus] duobus cod.

³⁵⁾ V. supra p. 24.

³⁶⁾ V. supra p. 18.

³⁷⁾ Trist. I 47—48.

dam, quod eum in exilio compositus, alii vero dicunt antequam mittetur, ut sic sibi placaret Caesarem³⁸⁾.

Nunc autem quando de obstaculis, quae in principio habentur explicamus, ad materiam et intentionem accedamus. Materia eius sunt in hoc opere fasti nefastique dies. Intentio sua est spatiose 5 volumina similiterque taediosa in brevi tractatu comprehendere. Causa intentionis est, ut morem sacrificandi R. P. valeat edocere et quo modo sacrificia in solemnitatibus debeant apparare.

Quaeritur, cur in tractatu suo ortu et occasum siderum interponat. Respondet quod ideo de signis interposuit, 10 ut obitu vel ortu alicuius signi ostendat festivitatem imminere³⁹⁾. Videndum est etiam cui parti philosophiae supponatur, sed sciendum est eum secundum maiorem partem sub ethica contineri, secundum vero hoc, quod dictum est, ubi de signis interserit, manifestum est eum physicae subiungi.

³⁸⁾ Richardus de Fournival, scilicet interventu ipsius Augusto sibi Bibliomiae tab. X, 118 (l. l. p. 531) irato reconciliari valeret sq. Cf. supra haec habet: *Eiusdem liber Fastorum*, p. 24 adn. 23.
vel liticorum, cum semicalendario, quem ³⁹⁾ Fast. I 295 sq.: *Quis retat et de ceremoniis secundum ritus gentilium stellas, ut quaeque oriturque caditque, promissi pars stet et ipsa mei qui erat futurus pontifex eo anno, ut — et passim.*

existant Metamorphoseon (eodem fere modo compositae) praefationes, quarum primam⁴⁾ in brevius quidem redactam afferre sufficiat:

(Fol. IV^a). *Ad huius auctoris evidentiam... haec sunt conspi- VIII^a. cienda: Auctoris vita, materia, intentio, utilitas, cui parti philosophiae supponatur, titulus, tractandi modus... Auctor iste Ovidius scilicet de Paenitentia oppido, quod est tercia pars Sulmonis... oriundus fuit... Materia sunt omnes fabulae confusas in auctoribus... vel materia est omnium rerum mundanarum transformatio. Intentio eius est per corporalem transformationem animalium mutationem innuere (sequuntur exempla)... Utilitas omnium auctorum cognitio, quia fabulae, quae in auctoris fuerant, in unum hic colliguntur(?)... Supponitur ethicae, quod mores spectat. Titulus: „Ovidii Nasonis liber”... Modus tractandi: More recte scribentum Ovidius tria in principio sui operis facit, proponit... in vocat... narrat.*

Etiam I bim eodem interpretandi modo esse tractatam testis est una praecepue e praefationibus, quae huius carminis commentario praemittuntur:

(X = Parisin. 7994 s. XIII). *Ait Ovidius in libro Tristium IX. ,Dum iuvat et rideat vultu fortuna secundo ... qui modo cinctus erat⁴. [Trist. I 5 p. 27—30]. Sic igitur, dum Ovidius prosperitate floraret, domus eius turba nobilium frequentabatur, postquam vero in exilium relegatus est, omnes paene discesserunt, metuentes propter familiaritatem eius iram imperatoris incurvare. Quidam etiam de eo malorumores forebat in curia metuens, ne de exilio ipsis repatriaret, Ovidius possessiones sibi et uxori. Hac igitur de causa complures Ovidii in enim facit invectioes, vel odio suo, quod erga invidum habebas et irae sue cupiens satisfacere, vel per invectioes istas a detractione vitiis abstergere. Materia igitur huius auctoris in hoc opere est exes cratio invidi, intentio exercari invidum faciendo invectioes in ipsum, causa intentionis duplex, vel ut irae sue et odio in invidum satisfaciat, vel ut eum exercendo a detractione deterreat. Utilitas est tota auctoris s. delectatio, quae habet maledicendo invidu, vel utilitas est lectoris s. cognitio fabularum in hoc opere compilatarum. Titulus talis est: „Publi Nasonis Ovidii liber invectioenam in Ibin in-*

Nescio, utrum haec ipsa accessuum sylloge etiam Metamorphoseon continuerit quondam accessum neone, sed quin idem modulus etiam ad *Ovidium maiorem* (aut *magnum*, quo nomine Metamorphoseon libri medio aevo saepenumero nuncupantur)¹⁾ sit adhibitus interpretandum, dubitari vetant duo Metamorphoseon codices Vaticani, ubi accessus illos deprehendere licet. Etenim in codice Vaticano 2781 s. XV Metamorphoseon libros disputatio quedam excipit scholastica (f. 185^b), in qua post Ovidii vitam²⁾ largius expositam (f. 186^b) haec inveniuntur:

VIII. *Restat titulus, qui est: „Publi Nasonis Ovidii Sulmonensis, secundum alias Paenitentia Metamorphoseon liber primus incipit”.* Primus autem merito dicitur, quia sequitur secundus. Qualitas autem carminis est heroica, scribirub enim carmine heroico opus istud. Intentio autem auctoris est ad laudem Augusti Caesaris incohata materiam terminare et deificatione Iulii Caesaris approbare³⁾. Numerus autem librorum declaratus est in titulo, qui talis est... sq.

In codice autem Vatic. 1593 s. XII in f. IV^a — IV^b duae

¹⁾ Ex. gr. in cod. Vatic. 1479 s. XIII—XIV f. 53^a, 1593 s. XV fol. IV^a; cf. Sedlmayer, Beitr. p. 143, 148; Huemer, Aus alten Bücherverzeichnissen, Wien. Stud. VII (1885) p. 329.

²⁾ De qua Nogara l. l. p. 417 disputat.

³⁾ Cf. Lamberti Ardensis Hist. com. Ghisnens, Mon. Germ. Hist. SS. XXIV (1879) p. 558, prol. v. 7—9, 19—20; Rich. de Fournival l. l. 119, p. 581.

⁴⁾ Nimurum etiam altera eiusdem est indolis. De vitis, quae eis continentur consulas Nogaram l. l. p. 416, 418 sq.

cipit⁴. Non dicitur primus, quia non sequitur secundus, non est enim nisi unus... sq⁵.

Quae cum ita sint, non mirabimur, quod etiam ea, quae Pseudoovidiana vocantur, carmina, ut quae Ovidii nomen prae se ferentia perinde ac genuina poetae opera in scholis certe sint lectionata, eiusdem modi accessibus instructa apparent. Sic ex. gr. in codice Reginensi 1559 (a. 1389—1407 concrpto) qui *Vetus* am continet (f. 2^a) haec carmini praemissa legimus:

X. *In librorum inititis septem solent inquire... septem autem inquire solita sunt hoc modo: Quae materia, quae intentio, quae utilitas, quis modus agendi, quis auctor, quis titulus, cui ex partibus philosophiae supponatur. Sed quoniam auctoris vita percognita multa ad(?) materiam intentionem et utilitatem patebunt, ab ipsis vita incipiamus auctoris. Sequitur historia de ortu, gestis ac vita ipsis Ovidii, libri huius auctoris. Ovidii vitam⁶ excepit tortuosa potius, quam subtilis disputatio (usque ad f. 3^a).*

Ex iis, quae ad alii pertinent Pseudoovidiana satis erit afferre, quae in codice Neapolitano IV. F. 12 s. XIV (iam supra, p. 9 commemorato) carmini, *Comoedia Vitalis Blesis* (v. p. 2 adm. 5) inscripto, sunt adiecta:

XI. *(F. 44^a) In principio huius libri requiruntur illa, quae in aliorum librorum primordiis requiruntur, scilicet, quae sit materia huius operis, quae intentio auctoris, quae utilitas lectoris, cui parti philosophiae supponatur, quis sit libri titulus, modus agendi et ordo. Ad primum materia huius libri... sq.*

Minime me fugit eos, quos nunc attuli Metamorphoseon, Ibis, Pseudoovidianorum accessus singulos et tamquam e cuiusdam sylloges (ut est illa, quam edidi) complexu solutos apparere, — immo etiam moneo omnino singulos accessus esse, qui, cum operibus, ad quae pertineant, hoc praecipue modo coniuncti, ut ea praecedant, saepissime in libris manu scriptis inventiantur:

Nam mirifice cum iis, quae supra in accessuum corpore legimus, inde soa ac natura conspirant, quae ex. gr. in codice Laur.

⁴ Ellis, l. 1. p. 44. Haec est *praefatiuncula* illa ad *Ibidem*, quam Ehwaldius, *Ad hist... symbolae* II p. 1. commemorat.

⁵ Quae ad Ovidii exsilium et carmen *De vetula* pertinent, excerpit No-gara l. 1. p. 431.

XXXVI 27 s. XIV Epistularum exhibet praefatio (f. 1^a).
Prooemium solum legere sufficiet:

Et ad istius libri principium sunt V extrinsecus requirenda, ut I^a. eorum, quae sunt in contextu pleniorum notitiam habeamus, scilicet quae sit materia, quae intentio, quae utilitas, cui parti philosophiae supponatur et quid sit libri titulus, sive nomen auctoris. Materia huius libri est amor, qui quidem dicitur esse triplex, scilicet castus, illicitus et incestus. Castus autem est ille, qui est inter virum et uxorem, illicitus est ille, qui est inter amasios, incestus est ille, qui est inter consanguineos. Intentio est castum amorem commendare, illicitum refrenare et incestum condemnare. Utilitas est magna, nam per hoc scimus castum amorem eligere, illicitum refutare et incestum penitus extirpare. Cui parti philosophiae supponatur? Et supponit ethicae, id est morali philosophiae. Libri titulus talis est: „Ovidii Pubpii Nasonis Heroidum sive Epistularum liber incipit” sq.

Haud absonta sunt, quae in Vindobonensi quadam saeculi XV codice Epistulis praemittuntur:

...in eius itaque laboris principio praesentem librum epistolarum I^a. visus est compонere. cuius materia secundum quosdam est mittentes et remittentes; intentio eius duo amoris generi notare castum scilicet et incestum, ut Phaedra et aliarum. finalis causa sive utilitas est, ut, dum castum amorem Penelopis intuemur, proderit (sic) instruendis moribus ethicae suppositio, quae in duas dividitur partes: in repulsionem scilicet et admissionem, repellimus enim turpia, admittimus honesta, quae utraque inveniuntur in hoc opere. intentio huius operis principialis est reprehendere masculos et feminas stulto et illicito amore deditas. titulus: „liber Nasonis Pubpii Ovidii Heroidum feliciter incipit”, dicitur autem Heroidum ab herois, quae dominas designat: „liber dominarum”. (Cod. Vindob. 13685, v. Sedlmayer. Proll. p. 11 et 101).

In Gothano autem saeculi XIII Tristium codice haec leguntur, quae item cum accessibus in comparationem velim voces, ut plane easdem deprehendas peculiares notas:

Notandum, quod in principio cuiuslibet auct⁷oris plura sunt V. inquirendae scilicet, quae sit materia, quae intentio, quae utilitas, cui parti philosophiae supponatur, quis sit titulus et quae sit differentia inter librum istum et librum de ponta. et no-

⁷ Singulis epistulis praemissa sunt praeterea argumenta, quorum primum cum ipsa praefatione artissime est conexum nullo intervallo dirimente.

tandum, quod materia huius libri est calamitas et miseria, quod de calamitate et miseria sua loquitur in hoc opere. intentio auctoris est exorare amicos non nominatos, ut... apud augustum ce(sarem) intercedant, ad hoc, ut sit mitis et benignus erga ipsum, et notandum, quod tribus de causis exultatus fuit. prima causa fuit in eo, quod ipse concubuit cum livia uxore augusti, quam sub falso nomine vocabat corinnam, secunda causa fuit, quod ipse vidiit augustum condormientem puer, tertia causa fuit, quod ipse compositus liberum de arte amatoria, quia arte mediante matres(?) romanae civitatis commotae fuerunt ad incestum et libidinem. Utilitas ast detectatio per malorum suorum alevationem, cui parti philosophiae supponatur dicendum quod morali (suprascr. etice) philosophiae. titulus talis est incipit publii nasonis ovidii primus liber¹⁾ dictur de tristibus, quod liberum in tristitia sua compositus, publii dicuntur a publica familia, naso dicitur a qualitate nasi O(Ovidius) quod ovum dividens (cf. Sedlmayer, Beitr. p. 142) et notandum, quod liber iste intitulatur de tristibus, ponto a loco (suprascr. de ponto) ubi compositus fuit... sq. (Ehwald, Ad hist... symbolae II p. 1—2).

Simillima deinde post Ovidii Pontica in codice Monacensi 14753 s. XIII extare testatur Ehwaldius (l. supra l. p. 2). Quibus addas denique, quae Artem amatoriam praecedunt in codice Ottoboniano 1743 s. XV (fol. 1) et quae Amorum libros in codice Palatinico-Vaticano 1655 s. XIII (fol. 132^a) excipiunt.

Quae cum ita sint, non mirabimur, quod ex. gr. etiam singularium Epistularum argumenta (soluta oratione aut versibus expressa et in variis asservata codicibus) manifesta prae se ferunt eiusdem interpretationis vestigia. Nam videoes vel primae tantum Epistulae argumenta, a Sedlmayero publici iuris facta²⁾, quam apte cum Epistularum accessibus concincent:

Arg. prosa scriptum ³⁾ .	Arg. versus expressum ⁴⁾ .	Epist. Accessus ⁵⁾ .
Auctor vero intendit ipsam et omnes consimiles a legitimo et casto amore commendare.	Quam Naso laudat, castum quia duxit a morem.	Intentio huius libri est castum amore commendare sub specie quarundam Heroidum.
(v. 2).		

¹⁾ Proll. p. 95—100.

²⁾ Cod. Vindob. 210 (Endl. CLI. Sedlmayer Proll. l. l. p. 12. cf. praeterea C. Dilthey, Observationum in epistulas heroidum Ovidianas parti-

Eosdem autem accessus etiam commentariis praefixos esse consentaneum est, cum omnino praefationum vice fungentur: De Ibide iam vidimus¹²⁾, nunc vero est monendum etiam Epistularum commentario Laurentiano (v. p. 8) praemissam esse (f. 49^a) eiusmodi disputatiunculam, accessus formam aperte praeseferentem, et simillimo, qui praecedet, accessu Remediorum commentarium instructum esse Neapolitanum (v. p. 9):

(Fol. 32^a) ...cum docuisset tam iuvenes, quam puellas amarunt, tam viri, quam mulieres praecepit amoris imprudente et illicitate <utentes> suo praecoptori gravissimum invidiam conflaverunt et sibi praecepit paraverunt, unde cupiens Ovidius tam suam lenire invidiam, quam illorum errori consulere, hunc librum De remedio amoris compositum, quare potest dici, quod ipsius libri materies est moderamen amoris. Intentio auctoris est bene amantes in suo proposito confirmare, stulte et illicite amantes sanatos praecoptis ab amore revocare. Utilitas maxima est, quia huius libri continentia memoria immoderata nostrae mentis ardori mederi poterimus. Causa huius operis duplex, communis et privata, velut est superius notation. Ethicae enim supponitur, id est morali philosophiae, quia de moribus ipse tractat. Libri titulus talis est „Publi Nasonis Ovidii liber de remedio amoris“.

Non discrepant deinde indeole sua ac forma, quae Metamorphoseon quoque praemissa sunt commentario Benedictoburano¹³⁾ (cf. p. 8.) atque ea, quae Fastorum commentario Reginense (cf. p. 9) in fronte (fol. 1^a) gerit, sed, ut iam in his acquiescamus, Ponticorum legas commentario (cf. p. 9) praefixum prooemium, quod tibi illum, ad verbum fere concinentem accessum (v. p. 25 v. 20 sq.) necesse est in mentem revocet:

cula I. Gottingae 1884 p. 11 et quae Ehwaldius, Burss. Jahresh. 43 (1887) p. 213 de codice Bernensi 478 aliisque adiecit.

¹⁰⁾ Codd. Laur. XXXVI 27 s. XIV—XV (cf. Sedlmayer Proll. p. 21—22) Vindob. 3117 (Endl. CLIII) s. XV (Sedlm. l. l. p. 11); Guelferbyt. (Helmestad. 336) s. XV (Sedlm. l. l. p. 15); Cremifanensis 149 s. XV (Sedlm. l. l. p. 23—24). Monendum est eadem fere argumenta versibus scripta in Heroidum extare commentatori, qui in Laurentiano codice LXXXI Sup. 28 s. XV, fol. 49—55^b asservatur.

¹¹⁾ V. Supra p. 20 v. 8 sq. Unum satis est laudare.

¹²⁾ Simillima in fronte gerit, quae in Reginensi codice 1801 s. XV, f. 140 asservatur, in Ovidii Ibin expositio.

¹³⁾ Meiser, l. l. p. 49 sq. cf. infra adn. 35.

IV^a. In hoc libro, sicut in ceteris ista inquire solent. Intencio, materia, utilitas, cui parti philosophiae supponatur. Intentio sua est unicuique persuadere, ut vero amico in necessitate subveniat. Materia sua sunt amici sui, ad quos scribit mittens singulis, singulas epistolae, vel ipsa verba, quibus preceatur. Utilitas est maxima, si posset veniam consequi de intercessione amicorum quibus mittit has epistolae sq. (Ehwald. Ad hist.... symbolae II p. 2)¹⁴⁾.

Quae quidem omnia — iam ne taedium moverim lectori, revero — hoc praecepue attuli consilio, ut in his omnibus, etsi e diversissimis essent deprompta libris ac locis, cum accessus illi modo per singula poetae opera et commentaria dispersi, modo in corporum compages redacti apparet, unam atque eandem regnare rationem manifestum fieret¹⁵⁾.

Atque nemo est, qui his commentatorioliis acriore perspectis iudicio omnes palestram quandam prodere et scholae prorsus redolere consuetudinem non concedat: Nam quasi praecepientem audis ludi magistrum, qui, cum in scholae principio quae in quodam opere essent inquirenda exposuerit, iam ante constituta a discipulis suis exigit responsa, et ne qui forte a scholae regulis et praescriptis aberrarent, etiam animos puerum rigidis coercere studet cancellis. Dubitari non potest, quin hac instituendi atque docendi ratione adhibita, ea, quae veram auctoris vim atque indolem continerent, intra augustos et eos quidem iniquos terminos coniecta, discipuli effugierint intellectum. Attamen hoc ipsum isti scholarum agunt praeceptores, utilitatem et moralitatem ubique odorantes aut inculcante studentes, licet violentissimam hoc modo auctori vim et iniuriam inferant et, ut ad Plautinum verborum confugium thesaurum, „squaerunt quod nusquam gentiumst, reperiunt tamen“¹⁶⁾. Sic ex. gr. Ovidius pudicitiae praecepius putatur fautor, utpote bonorum morum instructor, malorum vero extirpator¹⁷⁾ (etiamne in Amatoria Arte componenda?), quod

¹⁴⁾ Eadem sunt, quae in codice Monac. 14753 asservantur v. supra p. 36.

¹⁵⁾ Quod quidem iam Ehwaldius. Ad hist.... symbolae II p. 2 suspicabatur.

¹⁶⁾ Epist. Accessus I^b, v. p. 19 v. 1. Adde, quod etiam Vincentius Belovacensis († 1264) ex Ovidii operibus, ut ipse dicit *pauca eleganter dicta et ea praecepue, quae moralia videtur exerceper... voluit*. (Speculum Histor. VI 106—122, apud Bartschium I. l. p. IV). Metamorphoseon libri tamen sunt praecepue, qui hanc miram interpretationem sint passi: De Petri Berchorii (s. XIV) *moralis* commentator iam supra mentionem feci (p. 8.) de Roberti

quidem ridicula agnominis eius praecipue demonstrare student etymologia¹⁸⁾). Quae cum ita fuerint, sane intellegi potest carminum illorum acumine prorsus detorto atque plane obtuso, non solum *Ovidium puellarum* in monachorum scholis non fuisse rarum¹⁹⁾, sed ne in Maximiani quidem aliquem offendisse elegiis. Nimurum elegiae illae maxima utilitate replete esse videbantur, ethicae suppositae, *quia de moribus tractarent*²⁰⁾, cum egregii isti magistri atque doctores, scholasticæ doctrinae modum excedentes, in eiusmodi carminibus lasciva vita ista ab auctoribus nequ quam delectandi studio, sed quasi ignorominiae nota in iusta reprehendendi voluntate prolatæ esse crederent. Et præcepue discriminé illo, quod inter auctoris intercedat et personæ loquentis intentionem, perperam invento mirum in modum pullulat ac luxuriat eorum insipientia. Nam hoc

Holkot († 1349) autem opere, quod *Moralia super Ovidii Metamorphoseos* inscribitur Haase l. p. 22 sq. disputat. Huc pertinent etiam, in quas in codice Vat. 6302 s. XIII incidi *Expositiones morales super fabulis Ovidii in libris Metamorphoseos*. Wattenbachius denique in Monacensi quodam codice carmen inventit, cuius auctor Metamorphoseon fabulis amatoris allegoricum, qui dicitur, sensum inculcare studet. (Mittheilungen aus zwei Handschriften der k. Hof- und Staatsbibliothek. Sitzber. d. phil.-hist. Cl. der k. bayer. Ak. d. Wiss. 1873 p. 695—701) Cf. Gröber, l. l. p. 1174. Nescio, an hic sit referendum, quod apud Menkonem (ad a. 1237) de reverendo patre Emone legimus: *Unde contigit, ut omnes auctores videlicet ethicos, Ovidianos, Virgilianos, satricos et alia opera poetarum... plene conserberet* (Menkonis Chronicum. Mon. Germ. hist. Scriptorum tomus XXXIII (1874) p. 524). At fortasse pro ethicos ethnicos est scribendum.

¹⁷⁾ V. p. 26 et adn. 28.

¹⁸⁾ V. p. 9 adn. 41.

¹⁹⁾ ...In hoc autem libro senectutem cum suis vitiis vituperat inventutemque cum suis deliciis exaltat. Est enim sua materia tardae senectutis querimonia. Intentio sua est dehortari quaelibet, ne stulte optando senectutis vita desideret. Utilitas est libri cognitione stultigie desiderii senectutis eritatio. Ethicae supponitur, *quia de moribus tractat* (Maximiani accessus in T¹ P T² assertus). In omnibus enim, quos ego quidem inspicerim et examinaverim accessibus quodcumque esset opus, ethicae supponitur, *quia de moribus tractat* (cf. infra adn. 23), excepto nimurum Physiologo qui ex. gr. in P (f. 76^b—77*) physicae supponitur, *quia de naturis animalium tractat*, aut Fastis, quem librum, ut accessus auctor hariolatur *ubi de signis interserat, manifestum sit physicae subiungi* (V. Fastorum Access. p. 31 v. 14 sq.).

²⁰⁾ Cf. Ehwald, Ad hist.... symbolae II p. 2; Haase l. l. p. 13.

modo ex. gr. de Ovidiana Paridis epistula disputant: *Cuius intentio duplex est, scilicet sribentis est, Helenam ad suum amorem detrahere et eam exhortari ut ipsum diligat. Intentio auctoris est, Paridem de prodione et illico amore reprehendere sq.*²¹⁾ At mehercule quoniam docti oraculo hanc piam Ovidii eruerunt intentionem, de qua, intersanos quidem, nihil constat?

Sed que facilius interpretationum illarum inquiramus fonte m
necesse est accuratius examinemas ea, quea in omnibus accessibus deprehendantur eorumque quasi subtemina efficiant, numero nonnumquam inter se differentia. Quae cum sub oculos sua sponte c
dant, nema erit, quin conicit, me de causis vel quaestionebus loqui, quae hic eodem semper modo proponi atque explicari soleant. Eas itaque, quo commodius perspici possint, ex omnibus Ovidii operibus in una tabula (v. p. 41) collectas affero, aliorum quoque nonnullorum auctorum in iudicium et comparationem vocatis accessibus, quos a me examinatos nunc quidem typis exscribere supersedi, cum de Ovidio praecipue quaestio fieret, illi autem compositionis ratione nihil different.

Ad earum quaestionum vel causarum significationem, quae hoc tempore fuerit, cognoscendam non longe repetitum, sed ipsius medi⁹ aevi testimonian⁹ affere contigit. Nam legas, quea ex Conradi Hirsauensi⁹ (v. supra p. 7 adn. 24) depropmsi opusculo: (p. 28) *Materia est unde constat quodlibet, unde et vocabulum trahit quasi mater rei; duobus autem dicitur modis materia, ut, sicut in edificio sunt ligna et lapides, sic in vocibus genus et species et cetera, quibus opus perficitur, quod auctor agendum aggreditur. Intentio est, quid auctor intendat, quid, quantum, de quo scribere proponat. Porro finalis causa fructus legentis est. De partibus autem philosophiae, quibus opus omne auctorum subponitur, in sequentibus docebimus*²²⁾; (p. 24) *.titulus auctorem et unde tractet breviter innuit;* (p. 25) *Iuxta libitum auctoris qualitas processit carminis;*

²¹⁾ Cod. Laur. XXXVI 27. s. XIV, f. 40*.

²²⁾ Intellegenda sunt ea, quea postea in p. 33 exposita invenies: *Philosophia enim, licet simplex sit et uniformis in sui proprietate, dispartit tam⁹ in multa, ratione disciplinae; dividitur igitur in tria, in logican, phisicam quibus VII artes, quea liberales vocantur, subponuntur, tercia ethica est idest moralis, cui tractatus fere auctorum omnium innituntur, qui de moribus instituendis processisse probantur.*

	Accessus aitorum auctorum									
	(1*)	(2)	(3)	(4)	(5)	(6)	(7)	(8)	(9)	(10)
Accessus Ovidiani et Pseudoovidiani										
Vita (auctor)	I									
Materia	I*	I*	I*	I*	I*	I*	I*	I*	I*	I*
Intentio	I*	I*	I*	I*	I*	I*	I*	I*	I*	I*
Utilitas	I	I*								
Cui pars philosphiae supponatur	I	I*								
Titulus	I	I*								
Finalis causa	I	I*								
Causa (intentionis)										
Modus (tractandi)										
Qualitas carminis										
Numerus librorum										
Ordo (librorum)										
Explanatio										

I^{1*-10} II III IV V VI VII VIII IX X XI; Ovidianorum carminum sunt accessus, qui sylluges complectu continentur, v. p. 16-31.
I^{1*-3} III IV V VI VII VIII IX X XI; Accessus Ovidiani et Pseudoovidiani.
I^{1*-10}: Accessus aitorum auctorum secundum codicis T¹ ordinem digesti, v. p. 13.

*est igitur carmen bucolicum idest pastorale, comicum idest villanum sq.; (p. 26 sq.) Requiritur etiam *ordo* in librorum principiis, utrum sit *naturalis*, an *artificialis*... Naturalem noveris ordinem cum liber iuxta gestae rei seriem incipitur, *artificiale*, ubi librorum principiis *ordo* debitus non tenetur, sicut Virgilius in Eneide, ubi narrationem rerum gestarum idest *Traianae urbis* excidium facit in libro secundo, quod facere noluit in primo. *Explanatio* in libris quadrifaria accepitur: ad literam, ad sensum, ad allegoriam, ad moralitatem... *Explanatio* est ad literam, ubi dicitur, quo modo nuda litera intelligenda sit, ad sensum <ubi dicitur> ad quid referatur quod dicitur, ad allegoriam, ubi aliud intelligitur et aliud significatur, ad moralitatem, ubi quod dicitur ad mores bonos excitandos colendosque reflectetur.*

Quarum quaestionum explicatio nullam nunc habet dubitacionem et omnium originem indagantes, nullo negotio eas, quae iam primo obtutu posterioris temporis p[ro]ae se ferre videntur notam et sine dubio medio demum aeo[rum] accesserunt, a genuini[us] seiungimus et traditis, quae rursus variis temporibus ad varios adhibitae auctores interpretando[n]s, necesse erat varias patenter mutationes.

Sic itaque *utilitas* et *quaestio cui parti philosophiae opus supponatur* aperte suos produnt fontes, quos iam supra (p. 39) commemoravimus, christianam intellege doctrinam et, quae eius addicta et dedita fuit ancilla, scholasticam philosophiam. De *philosophia* res ex se intellegitur, cum nemo ignoret, quae medio aeo[rum] „*philosophiae*“ fuerint studia, ad *utilitatem* vero vim et originem accuratius exponentiam etiam haec, quae in Conradi Hirsauiensis leguntur *Dialogo*, velut conferas: ...*utilitatem*, quae est <*veritatis*> cognitio et *recta et fidei confirmatio* in lectore versari manifestum est (l. l. p. 45). Aliud nomen, quod nonnumquam *utilitas* induit, est *finalis causa*²³⁾, quae appellatio apud Conradum Hirsauensem rursus, notionibus *fructus legitimis*²⁴⁾, aut *fructus finalis*²⁵⁾ explicatur; in uno igitur accessu haec duo, *utilitatem* et *finalem causam* dico, separatim exposita non invenies (cf. p. 23

²³⁾ Cf. supra p. 35 I^a „*finalis causa sive utilitas est sq.*

²⁴⁾ Porro *finalis causa fructus legitimis est* (p. 28 v. 9, cf. p. 73 v. 19); *Causa finalis lectionis fructus est* (p. 36 v. 9–10); cf. p. 43 v. 6–7; p. 56 v. 3; p. 54 v. 32.

²⁵⁾ *Dialogi* p. 37 v. 14.

v. 15 sq.), nisi forte, ut in Prosperi (codicum T¹ P T²) accessu, ea, quae in *finalem causam* cadant, in commentarioli principio propositum, poste[rum] sub *utilitatis* prorsus titulo examinantur²⁶⁾.

Materia deinde non nisi *tituli* quaedam videtur esse exppositio, aut saltem ipsius *tituli* continetur provincia. Nam video[rum] vel ea, quae de *materia et titulo* a Conrado Hirs. prolata supra (p. 40) perhibui et conferas velim, quae in Sedulii existant (codicum T¹ P T²) accessu: *Titulus est...* *Incipit paschale carmen. Ex titulo vero materia concipitur sq.*

Causa (intentionis) denique ad intentionem pertinet, cum ea artissime conexa, sic ut de iis, quae horum accessuum quasi stirpes ac nervos efficiant, quaestitionibus, praeter modum (*tractandi*) hic non satis dilucide apparentem (de quo v. infra adn. 47) septem restent praecipue: *Vita* (auctor), *intentio*, *titulus*, *qualitas* (*carmen*), *numerus* *librorum*, *ordo* (*librorum*), *explanatio*.

Quarum interpretationum — et quidem rationis, qua institui soleant — fontem anquirentibus sua sponte in mentem veniunt commentarii illius poetae, qui omnium animos hoc tempore occupatos tenebat atque omnium doctrinarum putabatur thesaurus, Vergilium dico eiusque Servianos praecipue et Donatianos commentarios, qui quanta toto medio aeo[rum] fuissent auctoritate, affatim a viris doctis est probatum²⁷⁾. Et re vera Servii commentariis, qui sunt in Vergili Aeneida, in comparationem vocatis, in eis, quae praefationem efficiunt atque ad breviorem eumque genuinum pertinent commentarium²⁸⁾, manifestum accessuum exemplar exstare necesse est concedamus; eorum enim, quae supra exposui, ratione habita, haec legas velim, quae commentatori principium exhibet (p. 1–5):

In exponentibus auctoriis haec consideranda sunt: poetae vita, titulus operis, qualitas carminis, scribentis intentio numerus librorum, ordo librorum, explanatio. Vergili haec vita est... titulus est Aeneis, ..qualitas carminis patet... in-

²⁶⁾ Accessum in brevius redactum affer: *In exordio huius auctoris requirienda sunt V: Vita poetae, materia, intentio, finalis causa, cui parti philosophiae supponatur. Vita poetae talis dicitur esse... Materia sua... Intentio sua est... Utilitas est fragilis mundi cognitio... Ethicae supponitur sq.*

²⁷⁾ V. ex. gr. Compartetti l. l. I p. 170.

²⁸⁾ Servii grammatici... in Vergili carmina commentarii ed. G. Thilo et H. Hagen Lipsiae 1881. Praef. p. XXVII, cf. p. 1.

tentio Vergili haec est... de numero librorum nulla hic quaestio est, licet in aliis inveniatur auctoribus... ordo quoque manifestus est... sola superest explanatio, quae in sequenti expositione probabitur^{29).}

Quo clarius eluceat ea affinitas, quae inter Servii commentarium auctorumque accessus intercedat, nunc quidem illum Sedulii accessum, quem iam supra commemoravi (v. p. 43), in brevius redactum subiicio: *In principio libri huius VII inquirenda sunt: Vita poetae, titulus operis, qualitas carminis, intentio scribentis, numerus librorum <ordo librorum> explanatio. Vita huius poetae talis esse dicitur... titulus est... ex titulo vero materia concipiunt... qualitas carminis in hoc discernitur... Intentio eius est... numerus librorum hic est... Ordo autem talis est, quod in primo libro de miraculis tractat..., deinde in tribus... Explanatio id est totius libri expositio. Iste etiam more aliorum poetarum proponit, invocat, narrat sg.*

Iam vides plane, unde isti mediī aevi scholarum magistri atque auctorum interpretes hanc suam sumpserint sapientiam, nam res in oculos fere incurrit, sed ut demonstrationis omnia tollatur scrupulus, codicis Vaticani 2781 s. XV (cf. p. 32) afferro testimonium (fol. 185^b), ubi Metamorphoseon accessum haec praecedunt: *Quoniam, ut ait Servius super Aeneida, in exponentibus auctorum consideranda sunt: Vita poetae, titulus operis, qualitas carminis, intentio scribentis et numerus librorum, ideo ad horum notitiam est sciendum sq.³⁰⁾*

Hie restat, ut etiam ea, quae supra (p. 38–40) de accessuum stilo ac sermone ad scholarum usum nato et apto monuimus, aperte in Servii quadrare commentarium³¹⁾ commmemoremus, quod facile potest intelligi, cum mediī aevi scholae ex antiquis litterarum ludis originem suam traxerint (cf. p. 11).

Ad accessuum indolem et historiam accuratius cognoscendam hand spernenda quadam etiam aliis Vergilianis conferunt commentarii; veluti hand absona sunt, quae suo Bucolicen commentario praemisit Aelius Donatus: *Quoniam de auctore* (vita Vergili prae-

²⁹⁾ Quem locum iam Schepssius ad Conr. Hirsaug. Dialogum (p. 27. v. 17) admotavit, eadem etiam in ea codicium T' T' parte, quae ad Sedulum pertineret, extare breviter commemorans.

³⁰⁾ Cf. Nogara l. l. p. 417.

³¹⁾ Ad quam rem confirmandam ipsos praecipue Serviani commentarii consulas editores l. l. p. XXVII sq. et XXXII sq.

cedit) summatis diximus, de ipso carmine iam dicendum est, quod bifariam tractari solet, id est ante opus et in ipso opere. Ante opus titulus causa intentio. Titulus in quo queritur, cuius sit, quid sit; causa, unde ortum sit et quare hoc potissimum sibi ad scribendum poeta praesumpsit; intentio, in qua cognoscitur, quid efficiere conetur poeta (paulo infra autem haec dicit: *Causa duplittere inspicit solet ab origine carminis et a voluntate scribentis*). In ipso opere sane tria spectantur: numerus, ordo, explanatio sq. (H. Hagen, Jahrb. f. Phil. u. Paed. Suppl. 4. 1861—1867 p. 740).

Ex hoc commentario non solum *causa (intentionis)*, quae non numquam in accessibus occurrit (cf. p. 41), lucem quandam accipit, sed etiam in ea, quam incohata videmus, quaestionum divisione, mutationem, quas postea subiuri erant accessus, fortasse latent primordia. Huc enim videntur esse referenda, quae satis quidem spinosa et obscura in *Vetus* exstant accessu (cf. p. 34): *In librorum initia septem solent inquiri, quae ad causas quattuor reducuntur. Causarum intrinsecæ sunt materialis et formalis, extrinsecæ efficiens et finalis. Intentione formalis prior est... Efficiens in operatione praecedit³²⁾.* Hinc alia rursus ad accessuum vim et naturam intellegendam, eorumque vicissitudines declarandas redundant, cum *quattuor causarum* fit mentio. Mediī aevi scholarum magistri hand raro, quod quidem consentaneum est, accessibus manus suas admoverunt, secundum auctoris, quem sibi interpretandum proposuerunt naturam, alia adientes aut permutantes³³⁾, alia vero prorsus detrahentes, praesertim cum *pro fratribus mediocritate*³⁴⁾ lectionem instituere opus erat. Itaque saepissime ad pauciores et praecipue ad quattuor tantum configunt questiones, quas iam e tabula supra adiecta cognoscere licet, ubi frequentissime adhibitae sub oculos cadunt haec: *Materia, intentio, utilitas, cui parti philosophiae supponatur*. Atque hanc semper fere in scholis tundebant incudem, sed antiquae originis et

³²⁾ Ea sunt, quae supra (p. 34) omisimus.

³³⁾ Cf. quae supra (p. 20 v. 21 sq.) in Epistularum accessu de *generali* et *speciali* intentione exponuntur. In Epistularum autem codicis Laur. XXXVI 27. s. XIV (fol. 1^a) praefatione etiam inter *generalem* primae Epistulae *intentionem sive materiam, et specialem*, quae sit quinplex, spiosa potius quam ingeniosa fit distinctio.

³⁴⁾ *Ars s. Augustini pro fratribus mediocritate breviata*, Gr. Lat. (Keil) V 494. Cf. Specht l. l. p. 87, Comparetti l. l. I p. 162.

pristinae formae memoria oblitio numquam erat penitus obruta et interdum quasi per transennam conspicitur, quotienscumque ex illis interpretibus unus et alter, ignorantiam suam dissimilare studens, *modernorum* studiorum praetendit titulum. En tibi ex. gr. Conradi Hirsaugensis verba: *Nec te lateat quod in libris explanandis VII antiqui requirebant: auctorem, titulum operis, carminis qualitatem, scribentis intentionem ordinem, numerum librorum, explanationem; sed moderni IV requirenda censuerunt: operis materiam, scribentis intentionem, finalem causam et cui parti philosophiae supponatur, quod scribitur*³⁵⁾.

Antiquorum appellationem hic quidem ad Vergilius Servianos commentarios referre iam non est cur dubitemus, sed, ut disputatio nostra absoluta evadat, alii sunt praeterea examinandi accessus, qui magnam partem easdem, quas supra explicavimus exhibent quaestiones, nisi quod alii sunt expressae vocibus, tota tamen suo habitu ac compositione ad alium fortasse sunt referendi fontem. Itaque primus in censum veniat Sedulii quidam accessus, quem ex Marciano s. XII codice deproprompsit Huemer.³⁶⁾

Sedulius primo laicus in Italia didicit philosophiam. Genere etiam italicus fuit. Postea metrum heroicum consulente Macedonio [petente] docuit. Scriptis autem hos libros in Achaia tempore Valentinianni et Theodosii. Possumus hic VII considerare: *Quis, quid, cur, quando, ubi, <quo modo>*³⁷⁾, *quibus facultatibus, i. e. tempus, locus et persona, res causa, qualitas, facultas.* *Quis fecit?* Sedulius. *Quid fecit?* Paschale carmen... *Cur fecit?* Quia videlicat, quod pauci essent, qui de humanitate et incarnatione salvatoris metrico opere aliquod opus facerent. *Quomodo fecit?* Metrico stilo, non prosaico. *Quando fecit?* Tempore videlicet Theodosii et Valentinianni. *Ubi fecit?* In Achaia. *Quibus facultatibus?* Eorum, quos imitatus est. *Tres(?) sunt, a quibus incipere solet omnis oratio, aut enim benevolos*

³⁵⁾ L. 1. p. 27–28. Huc pertinent, quae Metamorphoseon accessui praeque libri, moderni quadam gaudente brevitate tria principaliter inquira statuere id est materiam, intentionem et cui parti philosophiae supponamus postea explicatur. (Meiser l. 1. p. 49), ubi *utilitas* in prefatione quidem omittitur, sed nihilominus postea explicatur.

³⁶⁾ J. Huemer, *De Sedulii poetae vita et scriptis commentatio*, Vindobonae 1878, p. 16.

³⁷⁾ Eorum, quae sequuntur atque aliorum accessuum ratione habita supplevi.

aut dociles aut attentos [aut] auditores debet afficere. Metra et carmina a multis rebus sumunt vocabula, a numero, a pedibus, ab inventoriis, a frequentatoriis sq.

Nemo non videt hic vocabula *quis = persona, quid = res, cur = causa, quo modo = qualitas sollempnibus illis: vita auctoris, titulus operis, intentio (causa intentionis), qualitas carminis* respondere.

Medium quadammodo locum inter eiusmodi accessus, atque illos de quibus supra plura exposui, obtinent ea, quae in Conradi Hirsaug. *Dialogo* discipulus magistro suo explicanda proponit (p. 20) ubi inter alia etiam *materia* atque *intentio* recurrunt:

Summatim et quodam breviaario precor explicari a te, quid in singulis auctoribus scolasticis, quibus imbuī floribunda tyrunculorum solent ingenia, requirendum sit, idest utrum metrice vel prosaice scripsit, qua etiam materia vel intentione opus cuiuscum exordium sumpernit, ad quem finem ipsa scriptiorum series relata sit.

Utroras denique horum accessuum rationes quasi contaminatas in Martiani Capellae accessu videre licet, quem e quodam saeculi XIII opusculo, a M. Manilio publici iuri factu³⁸⁾ depropromptum affero:

*Propositum Marciani fuit tractare de nupciis Mercurii et Philologie, per Mercurium volens intelligere eloquenciam, per Philologiam amorem sapientiae. Et hec fuit ratio compositionis operis circa quam versatur intencio auctoris. Inde consequenter videndum est, que fuerit persona auctoris, quis locus nationis et studii, quod tempus, que materia operis, que utilitas legendi, quis modus agendi, cui parti philosophiae supponatur et quis sit titulus*³⁹⁾.

Ad eorum autem fontem inveniendum maximi momenti vindetur esse Aeneidos quidam accessus in codice Monacensi 18059 s. XII aservatus⁴⁰⁾, qui Graecis, misere quidem habitis ac corruptis vocibus est conspicuus:

³⁸⁾ L. 1. (v. supra p. 9, adn. 37) Ein philosophisch-philologischer Schultractat des 13 Jahrhunderts, p. 13.

³⁹⁾ Etiam haec nonnumquam ad quattuor quaestiones redacta apparent, quod ex. gr. ex iis, quibus in codice Trevirensi 1464 s. X *Disticha Catonis* sunt instructa, cognoscitur: *Quattuor sunt requirenda initio uniuscuiusque libri: (= quod ex. gr. ex iis, quando, cur). Sed istius persona Catonis ignoratur sq. J. Huemer, Zu Eugenios von Toledo, Wien. Stud. V (1883) p. 167–169.*

⁴⁰⁾ V. Servii... commentarii ed. Thilo-Hagen Lips. 1881. Praef. p. LXXXV adn. 1.

In exponentia libris autenticiis VII periochae id est circumstantiae sunt requirendae, quae, ut greco utamur eloquio s s (leg.: septem sunt): ΤΙΣ. ΤΙ. ΔΙΑΤΙ. ΠΟΣ (= πῶς). ΠΟΥ. ΠΟΠΕ (= πότε). ΠΑΤΕΝ (= πάθεν), ut haec ipsa ore latino absoluamus quis, quid, cur, quomodo, ubi, quando, unde. Ergo ad illud quod interrogatur τι id est quis respondetur prosopā, id est persona auctoris, ut quis scripsit? Virgilinus... Secunda periocha est τι id est quid, ad quam interrogationem redditur pragma⁴¹⁾ id est res quae titulo ipsius operis declaratur, scripsit enim libros Aeneidū... Tertia periocha est ΔΙΑΤΙ, (= διὰ τι) id est cur, respondetur et εκτια (= aitia) id est causa, quare scriperit, quia volebat laudare Augustum... Quarta periocha est τοσ id est quomodo? ad quod redditur tropus id est modus. Modi autem locutionis tres sunt, humilius, mediocris, et grandiloquus... Quinta periocha est πον id est ubi, respondetur topos, vel locus, ut ubi scripti?... Sexta periocha est ποπ (v. supra) id est quando, ad quem interrogationem respondetur chronos id est tempus... Septima periocha est πατεν id est unde, ad quod responderet γλ (== ὅλη) id est materies, ut unde scripsit, de excidio videlicet troie sq.

Graecae voces, — quas primo obtutu pro marcidis habeas flosculus, quibus Graece minime doctus auctor haud sine iactatione exilis doctrinæ suaæ ornare studeat pannos,— hic re vera ad Graecum redeunt fontem atque totius doctrinæ originem indicant. Nam videoas, quae Augustinus in libro *De rhetorica* conscripto exponit:

Est igitur circumstantia rerum, quam περιστάσιον Hermagoras vocat, sine qua ulla omnino controversia non potest esse. Quid sit autem peristasis, facilius partitione, quam definitione eius comprehendiri potest. Sunt igitur partes circumstantiae, id est peristases, septem, quas Hermagoras μόρα περιστάσεως vocat, Theodorus στοιχεῖα τοῦ πράγματος, id est elementa, quod ex eorum coniunctione quaestiones fiant periinde atque ex coniunctione literarum nomina et verba fieri videimus. Sed sive στοιχεῖα sive μόρια rectius dicuntur, nos omissa controversia nominis, quae sint ipsa dicamus. Sunt igitur haec: quis, quid, quando, ubi, cur, quem ad modum, quibus adminiculis, quas Graeci ἀφορᾶς vocant. Horum

⁴¹⁾ Sic restitui, nam in codice *aitia* (*εκτια*) vocabuli *pragma*, vox autem *pragma* *aicias* loco librarii errore scripta sunt.

autem omnium aut plurimorum rationalis congregatio conflat quaestio- nem. Sed nimirum singulorum proprietas exprimenda est. Deinde sin- gula explicare pergit (Rhet. Lat. Min. em. C. Halm, Lipsiae 1863, Aurelii Augustini De rhetorica 7. 11—1 p. 141) ⁴²⁾.

Sed cum temporum iniuste neque Hermagorae, neque Theodori libri ad nostram actetatem pervenerint, necesse est ad alios, qui huc pertineant configuramus artigraphos: Et profecto apud Theonem haec invenimus, quae manifeste eadem, atque ea, quae Augustinus protulit, ultima circumstantia tantum omessa, exprimunt:

Διόγυμά ἔστι λόγου ἐκδεκτούς πραγμάτων γενούντον, ὃς γε- γονότων στοιχεία δὲ τῆς διηγήσεως εἰσὶν ἔξ, τὸ τε πρόσωπον, εἴτε ἐν εἴτε πλείῳ, καὶ τὸ πράγμα τὸ πραχθὲν ὑπὸ τοῦ προσώπου, καὶ ὁ τόπος, ἐν φῇ πρᾶξις, καὶ ὁ χρόνος καθ' ὃν ἡ πρᾶξις, καὶ ὁ τρόπος τῆς πρᾶξεως, καὶ ἕκτον ἡ τοιτὸν αἰτία. τούτων δὲ ὄντων τῶν ἀντάπτων στοιχείων, ἔξ ὃν συμληροῦται ἡ τελεία δημήτης, ἔξ ἀτάντων αὐτῶν καὶ τῶν συνέδεντων αὐτοῖς συνέστηκεν, ἀλλιπής δὲ ἔστιν ἡ τινος τοιτὸν ἐπιδέουσα. παρακολουθεῖ δὲ τῷ μὲν προσώπῳ γένος, φύσις, ἀγωγή, διάδημα, ἥρκια, τύχη, προσάρτησις, πρᾶξις, λόγος, θάνατος, τὰ μετὰ θάνατον κ. τ. λ. (Θέων προγymnásιστα, π. δηργήματος Rhet. gr. ex rec. L. Spengel II Lips. 1854 p. 78 v. 15—26).

Tum Hermogenes, Hermagorae sectator⁴³⁾ haec habet:

Ἔτε οὖν εἰσάγομεν ἡμέας κεφάλαιον εἴτε τεδεν λίουμεν, δεῖ ζητεῖν τὰ ἐπιχειρήματα δέ ἔστι τὸ πᾶν ἐν ἡμῖν καὶ λόγοις καὶ πράξαις καὶ δίκαιαις καὶ ὑπόδεσσι καὶ βίᾳ, τόπος, χρόνος, τρόπος, πρόσωπον, αἰτία, πράγμα, προστιθέασι δὲ οἱ φιλόσοφοι καὶ ἐβδομόν τι, τὴν ὑλην, ἣν ὁ βίτωρ οὐκ ἴδια χωρισας ἔχει, πιθανῶς δὲ ἐπιμερίζει τῶν ἄλλων ἑάστῳ, ὅπως ἂν καὶ δύνηται. (Ἐρμογένους π. εὑρέσεως τόμ. γ'. π. ἐπιχειρημάτων Speng. II p. 212 v. 11—22; Cf. Π. τ. στάσεων, Διάρετις τῶν στάσεων p. 142 ibd. v. 15 sq.).

⁴¹⁾ Cf. Quintil. I. O. III 5 17 sq; V 10 102 sq; R. Volkmann, Rhetorik der Griechen u. Römer² München 1901. (In: I. v. Müller, Handbuch...) p. 20 add. 2.

⁴²⁾ Volkmann l. l. p. 11.

Apud Aphthonium sophistam denique, qui Hermogenis pressit vestigia, legimus quae sequuntur: Διενήνοχε δὲ θέσις ἴπο-θέσεως, τῷ τὴν μὲν ἴπτόθεσιν ἔχεν περιστασιν, τῷ δὲ θέσιν ἀπεριστατον εἴναι. Περίστασις δέ ἐστι πρόσωπον, πρᾶγμα, αἰτία, καὶ τὰ λοιπά, κ. τ. λ. (*Προγρυάσματα*, Όρος θέσεως, Sp. II p. 49 v. 22—25)⁴⁴.

Adde, quod hanc septimam circumstantiam, materiam (ὕλην) dieo, quae a nescio quo addita (nam Augustini spreto testimonio sex tantum circumstantias Hermagorae tribuit Georgius Thiele⁴⁵) tantas in illis accessibus egit partes (etsi non erat tam necessaria cf. p. 43), et supra, ab Augustino allatam deprehendimus (cum *adminicula* quoque commemoravit), et nunc in Fortunatiani, qui Augustini fuit aequalis, *Arte rhetorica* plane videre licet:

Reporto statu, quid consideramus? totam materiam per septem circumstantias. Cur non statim dividimus? quoniam prius universam causam confuse considerare debemus, tunc omnia, quae reperta sunt, capitulatim quaestionibus ordinare.

Ouae sunt circumstantiae? persona, res, causa, tempus, locus, modus, materia sq.⁴⁶) (Art. rhet. lib. II 1 p. 102—103 Halm).

Quae cum adeo sint manifesta, iam nemo erit certe, quin vi-

⁴⁴) Quarum „circumstantiarum“ numerus nonnumquam auctus invenitur, ut in Pseudoplutarchi opusculo: De vita et poesi Homeri (Plut. Mor. ed Bernardakis t. VII p. 370): Πάσχε δὲ δηγήσεος ἀφοραὶ γύνονται πρόσωπον, αἰτία, τόπος χρόνος, ὅρανον, πρᾶξις, πάθος, τρόπος καὶ οὐτὲν ἕξ τούτων ἐν ἴστοριαι περέχει οὐδείᾳ διήγησις. — Cf. etiam R. Volkmann: Die Rhetorik d. Griech. u. Röm. Leipzig 1885 p. 36—37.

⁴⁵) Hermagoras, Ein Beitrag zur Geschichte der Rhetorik von Georg Thiele, Strassburg 1893, p. 42.

⁴⁶) Quaestione enim quibus *adminiculis* (Augustini De rhet. v. supra p. 48 aut quibus *facultatibus* [v. supra p. 46], quibus *auxiliis* [v. infra p. 51] non nisi *materiam* denotari documento sunt ipsae definitiones, quas apud Augustinum et Fortunatium legimus:

Fortunatianus I. l. p. 104 v. 28—29.

Materia quibus modis consideratur? et haec multiformis est, sicuti rem esse diximus, ut *justi, gladio, laqueo, veneno et ceteris.*

Augustinus I. l. p. 142 v. 10—63.

‘*Ἄροπαλ, quae nos adminicula dicimus, demonstrationem habent earum rerum, per quas factum esse aliquid dicatur, ut est laqueus, gladius, venenum literae, internuntius, mandata, servus, conscient, sicarius.*

deat Graecos fuisse, qui illi priori (quod ad Servium rettulimus) et huic alteri (quod postremo loco examinavimus) accessuum generi communem praebuissent fontem;⁴⁷) hi ambo autem exeuunt iam antiquitatis Latini auctores, Augustinum intellege et Fortunatianum (Aphthonii fere aequales), viam monstrant, qua doctrina illa, a Graecis rhetoricae artis scriptoribus exculta, recentiorum rhetorum Latinorum libris interpositis in medi aevi Occidentis scholas⁴⁸) pervenerit, ubi ad auctores interpretandos praecepice esset adhibita. Hic autem, omnibus huius aetatis temporibus, quod quidem diversissimorum exemplorum docet consensus, usurpata, adeo percrebruit, ut normae prorsus et praescripti vim, aut quasi κανόνος, quem Graeci dicunt, auctoritatem sit adepta. Nam non nisi sedulo et diutino usu inveteratam scholae consuetudinem produnt ex. c. ea, quae euidam Ovidiano accessui praemissa legimus:

Sed cum ad distinctionem et cognitionem libri nostri devenire cupimus, necesse est nobis causas cognoscere unicuique operi concorrentes. Secundum istos versiculos:

Auctor, materia, titulus, modus, utile, causa
Suscepti, parti cui detur philosophiae
Principio libri debent haec omnia queri.⁴⁹

Etiam haec altera accessuum recensio, discipulorum memoriae adiuvandae causa, versu hexametro comprehensa nonnumquam occurrit, ut in Prudentii accessu, qui in cod. T¹ (f. 1^b) et T² (v. supra p. 15) asservatur:

.. Absque his multa apud veteres solebant inquiri, scilicet:
quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo quando⁵⁰).
His autem positis, utpote non adeo necessariis sq.

⁴⁷) Huc itaque referendum est ille *modus (tractandi*, cf. p. 43), qui aperte e Graeca circumstantia τρόπος (v. supra) pendet.

⁴⁸) Luculentus conspiravit, quae de scholarum numquam intermissa consuetudine et de Hermagorae doctrinae memoria Wilamowitzius monuit. (Asianismus und Atticismus, Hermes 35 [1900] p. 20—21).

⁴⁹) Cod. Vatic. 1470 s. XIII—XIV f. 53*, cf. Nogara I. l. p. 428.

⁵⁰) Thiele, I. l. p. 38: ..sind sie (περιπέτειας dicit) im progymnasmatischen Unterricht bis auf den heutigen Tag fortgebracht worden, sodass noch heut fast jeder Schüler sie als Notformel für den deutschen Aufsatz auswendig lernen und anwenden muss, nachdem sie irgend ein mittelalterlicher Grammatiker (welcher, habe ich leider nicht ermitteln können) in einen Hexameter gebracht hat: quis, quid, ubi sq.

Hue pertinet denique „egregiū“ cuiusdam ingenii opus, inter medii aevi carmina ab H. Hageno⁵²⁾ ex cod. Bern. 512 s. XIII, f. 97^b editum, in quo prorsus Epistularum accessum in versuum formam redactum, quo facilius a discipulis ediscatur, iam nullo negotio deprehenderis: Nam et vitam vides praemissam (cf. supra p. 16) et sollemnes illas questiones expositas atque etiam commentarii illud quasi agglutinatum initium (cf. supra p. 22):

*Cum Nasonis opera nunc incipiamus
A<in>ctoris et cuius sit, primo videamus
Vitam sive patriam non praetermittamus
Quos fecit libros et ubi, simul aspiciamus.*

5 *De Troia progressus est, ut quidam, Solemus,
In Troiano nomine non laude supremus:
Hic Sulmonem fecerat patriam, notemus,
De cuius castro te natum, Naso, docemus.*

10 *Nobili prosapia fertur esse satus,
Ex avis et proavis miles nuncupatus,
Litteris rhetoris multum decoratus
Nec stirps prima fuit, genito sed fratre creatus.*

15 *Roman se transtulerat, ut inter maiores
Famam sibi queraret, epistolas priores
Scriptis sine titulo, post scriptis Amores,
Post haec instruxit teneros violare pudores.*

20 *Iras inde Caesaris nactus dicebatur
Amoris remedium post haec inchoatur,
Post haec gratia Caesaris quindecim probatur
Libris et Fastos actor post haec operatur.*

*Caesaris imperio cum relegaretur
In via qua tulerit tristia faretur:
Cum liber de Tristibus suis appelletur
In titulo libri tristis liber esse faretur.*

25 *In Ponto novissimum Naso librum fecit
Quem de Ponto dixerat, sed nihil profecit
Cum non hunc sedaverit, qui de Roma icet,
Nitinur, heu, frustra perverso limite ne sit.*

⁵²⁾ *Carmina medii aevi maximam partem inedita ex bibliothecis helveticis collecta edidit Herm. Hagenus Bernae 1877, c. CXXXIII p. 207—209.*

*Sufficiet praemissio rerum praedictarum
Modo, quae materia sit epistolarum
Cernemus: haec missio restat puellarum
Ut moveant iuuenes sibi sovere foedus rarum.*

*Actoris intentio restat condemnare
Amores illicitos, fatuos culpare
Et recte ferventium mentes condemnare
Utilitas nostra sit iustum pignus amare.*

*Nobis quis sit titulus, satis declaratur:
Publius de publica fama nuncupatur
Naso vel Ovidius satis declaratur,
Si nisi species vel visere nomen agatur.*

*Ethicae et supponitur res libri praesentis
Notetur intentio duplex: nam monentis
Una manet, alia restat componentis
Penelopes Naso commendat facta querentis.*

*Cum delicto Paridis motae forent rixae,
Quae Marte decenniū restabant prolixae
Cum forent Argolidae cum Maritis fixae
Hanc tua Penelope lento tibi mittit, Ulyse.*

*Post Graecorum redditus erant anni deni
Quando dixit Icarus: curas nostras leni
Parvulo Telemachus Laertique seni:
Nil mihi rescribas: at tamen ipse veni.*

*Pelleris seu, dicitur, marinis procellis
Sic Circes retine te dulcis amelis
Cognovi, quod Ilion modo non avellis
Troia iacet certe Danais invisa puellis.*

Quae omnia cum ita sint, ut traditum et divulgatum docendi usum aperte prodant, non est eur miremnr neque de accessum auctore neque de loco, ubi primum sint „inventi“ sanam institui posse quaeestionem; nam, ut erant omnium, qui sibi auctores interpretandos proposuissent communis, ut ita dicam, provincia, omnes sine nomine vulgati tantum apparent⁵³⁾. Atque

⁵³⁾ Cf. Comparetti I. I. I p. 160, 170. — Hoc quoque prohibet nos Traubei amplecti sententiam de Remigii Antissiodorensis commentariis, accessum exemplaribus (v. Manitius, Gesch. d. lat. Lit. p. 505); quin immo, etiam Remigii commentarios ad sollemnem illam accessum ne-

eorum demum emergunt nomina, qui illa accessuum corpora, e singulis auctorum libris a nescioquo collecta (ut sunt codices T¹ P T²) ad rudes illas litterarum historias componendas, haud magno quidem ingenii sui labore, adhibuerunt, quem ad modum est Conradi Hirsauensis *Dialogus super auctores* (v. p. 7 adn. 24)⁵⁹⁾ Hugonis Trimbergensis *Register multorum auctorum* (v. p. 7 adn. 25),⁶⁰⁾ aut denique Anonymi Mellicensis *De scriptoribus ecclesiasticis libellus*⁶¹⁾.

Quae interpretatio, ut iam redeat, unde paululum declinasse videtur, disputatio, insignes agebat partes in omnibus Ovidii operibus explicandis, quae, ut toto medio aevo maximo studio digna putabantur, ita eiusmodi veteribus interpretationibus, veluti erant Vergili Servianoi et Donatiani commentarii, prorsus egebant. Quo factum est,⁶²⁾ ut in accessibus Ovidianis, praeter ea, quae ex eius ipsis erui poterant operibus, tam exigua

cesserat est statuanus redire doctrinam (cf. Manitius l. l. p. 510, 512, 515), quae unde repetita ac quantaes antiquitatis esset (adeo, ut longe Remigii praecederet aetatem) iam supra demonstravimus.

⁵⁹⁾ Iam primo obtutu, ni conivere (quod quidem ipse opusculi editor [l. l. p. 11—12] facit) in oculos incurrit Conradi opusculum non nisi e singularum auctorum confatum esse accessibus, qui variis, quae in huius aevi scholae sollemni fuerint, adiectis inter se conglutinati atque in dialogi formam redacti appearant. Ad quam rem probandum iam celebris illa, quae apud Conradum in uniusquisque auctoris expositione occurrit, quatuor praecepit quae aestio- num distinctio, atque ea, quae ex hoc opusculo passim in comparationem vocavimus, utpote artissimum cum accessibus coniuncta affinitatis vinculo, facile sufficien.

⁶⁰⁾ E *Registri praeftatione* haec satis est afferre:

*Auctorista minimus Hugo nuncupatus
Cupiens scholaribus cunctis fore gratus
Retezebat titulos omnium auctorum
Simil et versiculos primos singulorum
In quibus studuerat sepius legendo
Scolis dum preferuerat pueros docendo
Materias et ordinem librorum praeterrmittit
Amputans fastidium sed et his committit
Que perfecte discere gestiunt auctores
Ut maiorem operam addant et labores sq.*

(v. 3—12).

⁶¹⁾ Der soq. *Anonymous Mellicensis*, *De scriptoribus ecclesiasticis*, Text- und Quellenkritische Ausgabe... von Emil Ettlinger, Dr. phil. Karls. ruhe 1896, v. p. 69.

ataque vaga et ea quidem desperatum in modum confusa verae doctrinae inveniamus vestigia et interdum inscitiam eorum, qui tanta gravitate de *habitu nasi*⁶³⁾ disputent Ovidiani, satis mirari nequaeramus. Horum interpretationum autem quanta fuerit auctoritas, vel ex hoc licet cognoscere, quod etiam in iis, quae iam post renatas litteras typis confectae sunt, Ovidianorum operum editionibus eodem nonnumquam sollemnes invenimus accessus. Sic ex. e. in *Heroidum* editione, quae a. 1512 cum Antonii Volsci et Ubertini Crescentinatis commentario ab Ioanne Tacuino Venetiis est emissa, haec inopinata fere (in fol. II¹) deprehendimus:

Hanc tua etc. (Ep. I v. 1). *In principio huius libri sicut in principio aliorum librorum V sunt extrinsecus requirenda s. quae materia, quae intentio, quae utilitas, cui parti philosophiae supponatur et quis libri titulus. Materia huius libri sunt mores et virtus dominarum. Intentio non versatur circa materiam. Intendit enim Ovidius doctor et narrator de virtutis et moribus dominarum et de casto et incesto amore tractare. Dominas de casto amore commendare, de impudico vero vituperare. Utilitas libri magna est, nam sq.⁶⁴⁾.*

Nonne nunc ipsum, germanum prorsus accessum legere tibi videris?

Etiam haec, quae in *Artis Ovidiana* accessu vidimus: *Videndum etiam est, quia morem recte scribentium servat et sequitur: proponit, invocat, narrat sq.* (v. p. 23 v. 20) vix paululum mutata in *Artis amatoriae* occurrit editione, quam a. 1494 (Venetiis ap. Tacuinum) confecit Bartholomeus Merula (f. II²):

Si quis in hoc artem p. n. n. amandi (Art. I v. 1). Ex latinorum poetarum consuetudine proponit, invocat, narrat Ovidius. Nam primis duobus versibus amatoriam artem se doctrum proficit.

⁵⁸⁾ V. supra p. 26.

⁵⁹⁾ Quae quidem ab Ubertino Crescentinato demum adiecta videntur esse, nam in priore, quam solus Volscus confecit, editione (*Heroides* cum commentario Ant. Volsci... Venetiis ap. Bapt. de Tortis 1482) nondum inveniuntur, in posterioribus autem editionibus saepius incanto venditantur lectori. Hae sunt ex. gr: *Heroicum* Ep. comm. Ant. Volscio, Ubertino... Venetiis ap. G. de Rusconibus 1520; eadem, ibidem ap. Aug. de Zanis Port. 1526; eadem, ibidem ap. Vercellensem 1533. Cf. etiam *Sedlm. Proll.* p. 101.

Deinde Venerem amorum matrem invocat. Narrat postremo, quem ad modum invenienda et concilianda sit amica sq.⁵⁸⁾.

Quae quidem non sunt miranda, nam ii, qui primos Ovidii commentarios hoc consilio composuerunt, ut eos typis exscreberent, saepissime ad librorum manu scriptorum scholia eorumque sapientiam confugerunt⁵⁹⁾; quid si etiam in ipsis libri forma, quae textum adnotacionibus circumdatum exhiberet, hanc raro exemplar manu scriptum imitatione expresserunt?

Iam in his disputandi finem facimus, postquam illam interpretandi rationem ac doctrinam, quae ad omnia Ovidii opera explicanda adhibita, ad eorum historiam haud spernendi est momenti, et ab antiquis incohata et omnibus mediis aevi temporibus vigentem, usque ad prima nostrae aetatis tempora pertinuisse demonstravimus.

Quae interpretationes, etsi studiorum inopia, ingeniorum tarditate, aut laboris fuga tam vanae erant tamque miseram apud nos quidem adeptae sunt famam, tamen de veterum auctorum memoria, quantacumque tote medio aeo fuit, servanda haud male meruerunt. Eorum autem, quae tot annorum consuetudine invertetra erant, viatorum tenebrae, pedetemptum tantum evanescerent necesse erat, donec veris studiis post renatas litteras institutis etiam has, ut Euripideo utar verbo, *σκότον πῦλας* verae ac non fucatae doctrinae penetravit lux.

⁵⁸⁾ De proponendo, invocando, narrando, eadem etiam in Fastorum editione, quam Pauli Marsi Piscinatis commentario instructam a. 1482 Baptista Tortius Venetiis typis excrissit (fol. a 111) invenies, quae autem postrema leguntur (*In hac autem prefatione facit auditorem attentum, docilem et benevolum*) iam in Anaximenis Arte rhetorica (Sp. I p. 214 § 29 v. 9—13) et apud Ciceronem extant (De Or. II, 19, 80) et in accessibus saepissime leguntur. Videas ex. gr. Catonis accessum (cod. T¹ P T²), ubi haec deprehendes: ... *praemittit prologum in quo nos attentos, dociles, benivolos reddit* sq. cf. etiam Conn. Hirsauensis editionem p. 24, v. 1 et Sedulii, quem supra (p. 44) attuli accessum.

⁵⁹⁾ Cf. Heeren l. l. p. 296 sq.

Conspectus fontium.

I.

Libri manu scripti.

Barberinus	26 s. XIII—XV
* Benedictoburanus	4610 s. XI (XII)
* Cremifanensis	149 s. XV
* Guelferbytanus (Helimestad. 336)	s. XV
Laurentianus	XXXIII 31 s. XV
	XXXVI 2 s. XV
"	" 17 s. XV
"	" 18 s. XIV
"	" 27 s. XIV
"	LIII 15 s. XV
"	LXXXX Sup. 5 s. XV
"	LXXXI Sup. 23 s. XV
"	" 26 s. XV
* Monacensis	14753 s. XIII
	18059 s. XII
* "	19473 s. XII
"	19474 s. XII—XIII (T ²)
"	19475 s. XII (T ¹)
* "	19480 s. XIII
Neapolitanus	Bibl. Naz. IV F. 12 s. XIV
Ottobonianus	1743 s. XV
Palatinus-Vaticanus	242 s. XI—XIII (P)
"	381 s. XV

- Palatinus-Vaticanus 1665 a. 1359
 " " 1666 a. 1299
 " " 1707 s. XV
 Reginensis 314 a. 1200
 " 1548 s. XIII
 " 1559 a. 1389—1407
 " 1801 s. XV
 * Trevirensis 1464 s. X
 Vaticanus 1479 s. XIII—XIV
 " 1593 s. XII
 " 2781 s. XV
 " 9657 s. XIV
 * Vindobonensis 210 (Endl. CLI) s. XV
 * " 3117 (Endl. CLIII) s. XV
 * " 13685 s. XV

* Asterisco designavi codices, quos ipsi mihi oculis usurpare non contigit.

II.

Libri typis exscripti.

- Alexander de Villa Dei, Doctrinale ed. Reichling Mon. Germ. paed. XII (1893).
 Anonymus Mellicensis v. Ettlinger.
 Aphthonius sophistes in Rhet. gr. ex rec. L. Spengel Lips. 1853—56.
 Aurelius Augustinus, De rhetorica, Rhet. Lat. Min. em. C. Halm Lipsiae 1863.
 Baehrens, Aem. Poetae Latini min. 5 voll. Lipsiae 1797—1883.
 Bartsch, K. Albrecht von Halberstadt und Ovid im Mittelalter. Biblioth. d. ges. deutschen Nationalliteratur Bd. 38. Quedlinburg 1861.
 Bursian, C. Klassische Studien im Mittelalter (Beiträge zur Geschichte der), Sitzber. d. k. bayer. Ak. d. Wiss. Phil.-hist. Cl. 1873 p. 457 sq.
 Castiglioni, L. Intorno alle Erodi di Ovidio, *Atene e Roma* VI (1904) p. 239 sq.

- Chatelain, E. Paléogr. des Classiques Latins, Paris 1884—1892.
 Comparetti, D. Virgilio nel medio evo, Firenze 2 voll. 1896.
 Creizenach, W. Geschichte des neueren Dramas Halle I 1893,
 II 1901.
 Czerny Alb. Die Handschriften der Stiftsbibliothek St. Florian, Linz 1871.
 Delehaye S. J. H. Die hagiographischen Legenden ubers. v. E. A. Stückelberg Kempten ü. München 1907.
 Delisle L. Les écoles d' Orléans au XIIe et au XIIIe siècle. Annuaire-Bulletin de la soc. de l' hist. de France VII p. 139—146.
 Dilthey C. Observationum in epistulas heroidum Ovidianas particula I Gottingae 1884.
 Duemmler E. Poetae Latini aevi Carolini I Berol. 1881.
 Ebert A. Allgemeine Geschichte d. Litteratur im Abendlande 3 voll. Leipzig. 1880—1889.
 Ehwald R. Ad historiam carminum Ovidianorum recensionemque symbolae, Gothae I 1889 II 1892.
 — De scholiasta, qui est ad Ovidii Ibin commentatio Gotha 1876.
 Ellis, v. Ovidii Ibis.
 Ettlinger H. Der sog. Anonymus Mellicensis. Text- und quellenkritische Ausgabe. Karlsruhe 1896.
 Fabricius I. A. Bibliotheca mediae et infimae Lat. Florentiae 1858.
 Fortunatianus, Ars rhetorica, in Rethores Lat. Min. em. C. Halm Lips. 1863.
 Gottlieb Th. Über mittelalterliche Bibliotheken Leipzig 1890.
 Gröber G. Grundriss der romanischen Philologie II 1. Strassburg 1902.
 Gudeman A. Grundriss der Geschichte der klass. Philologie * Leipzig 1909.
 Haase H. Aen. Fr. De medii aevi studiis philologicis Vratislaviae 1856.
 Hagenus H. Carmina medii aevi maximam partem inedita... ex bibliothecis helveticis collecta. Bernae 1877.
 Haupt M. Hugo von Trimberg, Registrum multorum auctorum, Bericht üb. d. Verh. d. k. Preuss. Ak. d. Wiss. Berlin 1854, p. 142 sq.
 — Der Winsbeke u. die Winsbekin, Leipzig 1845.

- Hauréau, Sur un commentaire des Métamorphoses d' Ovide, Mémoires de l' Institut National de France Académie des Inscr. et Belles lettres. XXX 2 (1883) p. 55 sq.
- Heeren A. H. L. Geschichte des Studiums der classischen Literatur seit dem Wiederaufleben der Wissenschaften. Mit einer Einleitung, welche die Geschichte der Werke der Classiker im Mittelalter enthält. 2 voll. Göttingen 1797—1801.
- Hermogenes περὶ εἰπέστεως, in Rhet. gr. ex rec. L. Spengel Lips. 1853—1856.
- Hirsaugiensis Conradus, Dialogus super auctores, sive Didaskalon, eine Literaturgeschichte aus dem XII Jh, erstmals herausgegeben von Dr. G. Scheppss, Würzburg 1889.
- Huemer I. Zu Eugenius von Toledo, Wien. Stud. V (1883) p. 167—169.
- Aus alten Bücherverzeichnissen Wien. Stud. VII (1885) p. 329 sq.
 - De Sedulii poetae vita et scriptis commentatio Vindobonae 1878.
- Jurenka H. Beiträge zur Kritik der Ovidischen Heroiden, Wien 1881.
- Kukula R. C. Briefe des jüngeren Plinius Wien 1909.
- Manitius M. Zu Aldhelm und Beda, Sitzber. d. phil-hist. Cl. d. k. Akad. Wien CXII (1886) p. 561 sq.
- Zu Rahewin, Ruotger und Lambert, Neues Archiv d. Ges. f. ältere deutsche Geschichte XII (1886) p. 361 sq.
 - Zu Fortunatus, den Annales Quedlinburgenses und Sigiberts Vita Deoderici ibd. p. 591 sq.
 - Philologisches aus alten Bibliothekskatalogen (bis 1300). Rh. Mus. 47 (1892) Erg.-heft. p. 31 sq.
 - Beiträge zur Geschichte d. röm. Dichter im Mittelalter. Philol. 25 (N. F. VI, 1893) p. 546 sq.
 - Beiträge zur Gesch. des Ovidius und anderer röm. Schriftsteller im Mittelalter, Philol. Suppl. VII (1899) p. 723 sq.
 - Zur Überlieferungsgeschichte mittelalterl. Schulautoren, Sonderdruck aus den Mitteilungen der Ges. f. deutsche Erziehungs- u. Schulgesch. XVI (1906).
 - Analekten zur Schulgeschichte des Mittelalters, ibd.
 - Geschichte der lateinischen Literatur des Mittelalters. Erster Teil: von Justinian bis zur Mitte des zehnten Jh., München 1911. In I. v. Müller, Handbuch IX 2, 1.

- Masius A. H. Die Erziehung im Mittelalter in K. A. Schmids Geschichte der Erziehung II 1. Stuttgart 1889.
- Meiser, Über einen Kommentar zu den Metamorphosen des Ovid. Sitzber. d. k. bayer. Ak. Phil-hist. Cl. 1885 p. 47 sq.
- Menkonis Chronicon in Mon. Germ. Script. XXXIII (1874).
- Morawski, K. Historia Uniwersytetu Jagiellońskiego, Kraków 1900.
- Nogara B. Di alcune vite e commenti medioevali di Ovidio, in Miscellanea Ceriani, Milano 1910 p. 413 sq.
- Nothac P. de, Petrarchae et Phumanisme Paris 1892.
- Norden E. Die antike Kunstprosa Leipzig 1898.
- Die lateinische Literatur im Übergang vom Altertum zum Mittelalter in: P. Hinneberg. Die Kultur der Gegenwart I 8^a 1907.
- Ovidii opera ex Rud. Merckli recognitione ed. R. Ehwald Lipsiae 1907—1909 (3 voll.).
- Ovidii Ibis, ex novis codicibus edidit, scholia vetera commentarium cum prolegomenis appendice indice addidit R. Ellis, Oxonii 1881.
- Heroines ed. Loers, Coloniae 1829.
 - Nascon Paclignensis erotica et amoratoria opuscula... Francoforti typis Wolfgangi Richteri... 1610.
- Owen S. G. Tristium libri V Oxonii 1888.
- Palmer A. (Purser L. B.) Ovidii Nasonis Heroides. Oxford 1898.
- Paris G. La Littér. Franç. au Moyen age⁴ Paris 1909.
- Peter H. Der Brief in der röm. Litteratur, Leipzig 1901.
- Probi, M. Valerii in Vergili Bucolica et Georgica commentarius ed. H. Keil, Halis 1848.
- Riese Al. Anthologia Latina Lips.² 2 voll 1894—1906.
- Sandys I. E. A History of classical scholarship from the sixth century B. C. to the end of the Middle Ages³ Cambridge 1906.
- Schanz M. Röm. Litteraturgesch. in J. Müller, Handbuch d. klass. Altertumswiss. t. VIII.
- Scheppss v. Hirsaugiensis Conradus.
- Sedlmayer H. Prolegomena critica ad Heroides Ovidianas Vindobonae 1879.
- Beiträge zur Geschichte der Ovidstudien im Mittelalter, Wien. Stud. VI (1884) p. 142 sq.
- Sedulii Scotti Liber de rect. Christ. ed. S. Hellmann in Quellen u. Unters.... I 1. München 1906 (v. Traube).



- Servii grammatici... in Vergilii carmina commentarii ed. G. Thilo
et K. Hagen 3 voll. Lips. 1881.
- Specht F. A. Geschichte des Unterrichtswesens in Deutschland,
Stuttgart 1885.
- Teuffel's W. S. Gesch. d. röm. Lit. II^e Leipzig 1910.
- Theonis παραγγελία in Rhet. gr. ex rec. L. Spengel. Lips. 1854.
- Thiele G. Hermagoras, Ein Beitrag zur Gesch. der Rhetorik,
Strassburg 1893.
- Thurot M. Documents relatifs à l' histoire de la grammaire au
moyen-age (Acad. d. Inscr. et Bell. Lettr. 1870. Compt. Rend.
Nouv. Sér. VI p. 242 sq.).
- Traube L. Quellen u. Untersuchungen zur lat. Philologie des
Mittelalters. München I 1906, II 1908.
— Poetae Latini aevi Carolini t. III part. II fasc. II Berol. 1896.
- Trimbergensis Hugo, Registrum multorum auctorum, ein Quel-
lenbuch zur lateinischen Literaturogesch. des Mittelalters von
Prof. Dr. J. Huemer, Sitzber. d. philos.-hist. Cl. d. kais. Ak.
d. Wiss. Wien 1888.
- Voigt G. Die Wiederbelebung des classischen Altertums, Berlin
I—II 1893.
- Volkmann R. Die Rhetorik der Griechen und Römer, Leipzig 1885.
- Wattenbach, Mittheilungen aus zwei Handschriften der k. Hof-
und Staatsbibliothek. Sitzber. d. phil. hist. Cl. der k. bayer.
Ak. d. Wiss. 1873 p. 685 sq.
- Wilamowitz-Moellendorf U. v. Asianismus und Atticismus, Her-
mes 35 (1900).

Scribem in vico Gromnik.



UNIVERSITY OF LONDON
WARBURG INSTITUTE